né le procrearono il mare, né i flutti che  
battono gli scogli,  
ma le generò la stessa terra che ora le  
alimenta di sé.  
Inoltre, le splendide messi e i floridi  
vigneti  
spontaneamente dapprima ai mortali essa  
produsse,  
essa donò i dolci frutti e i pascoli floridi;  
che ora a stento crescono alimentati dalla  
nostra fatica,  
e struggiamo i buoi e le forze dei  
contadini, logoriamo  
il ferro, a stento provveduti del necessario  
dai campi:  
a tal punto sono avari di frutti e richiedono  
più aspra fatica.  
E ormai, scotendo il capo, più sovente il  
vecchio aratore  
sospira che le proprie grandi fatiche sono  
riuscite vane,  
e, quando i tempi presenti confronta coi  
tempi passati,  
spesso esalta la buona sorte del padre.  
Triste anche il coltivatore della vigna  
vecchia e <avvizzita>  
accusa il corso del tempo e maledice la  
propria epoca,  
e brontola che gli uomini d'una volta, pieni  
di pietà,  
molto facilmente durarono in vita entro  
angusti confini,  
benché per ciascuno allora la parte di terra  
fosse molto minore.  
E non afferra che tutte le cose a poco a  
poco si consumano  
e, fiaccate dal lungo corso dell'età, vanno  
alla tomba.  
(LI)

# Libro III

E tenebris tantis tam clarum extollere  
lumen  
qui primus potuisti inlustrans commoda  
vitae,  
te sequor, o Graiae gentis decus, inque  
tuis nunc  
ficta pedum pono pressis vestigia signis,  
non ita certandi cupidus quam propter  
amorem  
quod te imitari aveo; quid enim contendat  
hirundo  
cycnis, aut quid nam tremulis facere  
artibus haedi  
consimile in cursu possint et fortis equi  
vis?  
tu, pater, es rerum inventor, tu patria  
nobis  
suppeditas praecepta, tuisque ex, inclute,  
chartis,  
floriferis ut apes in saltibus omnia libant,  
omnia nos itidem depascimur aurea dicta,  
aurea, perpetua semper dignissima vita.  
nam simul ac ratio tua coepit vociferari  
naturam rerum divina mente coorta  
diffugiunt animi terrores, moenia mundi  
discedunt. totum video per inane geri res.  
apparet divum numen sedesque quietae,  
quas neque concutiunt venti nec nubila  
nimbis  
aspergunt neque nix acri concreta pruina  
cana cadens violat semper[que] innubilus  
aether  
integit et large diffuso lumine ridet:  
omnia suppeditat porro natura neque ulla  
res animi pacem delibat tempore in ullo.  
at contra nusquam apparent Acherusia  
templa,  
nec tellus obstat quin omnia dispiciantur,  
sub pedibus quae cumque infra per inane  
geruntur.  
his ibi me rebus quaedam divina voluptas  
percipit atque horror, quod sic natura tua  
vi  
tam manifesta patens ex omni parte  
retracta est.  
Et quoniam docui, cunctarum exordia  
rerum  
qualia sint et quam variis distantia formis  
sponte sua volitent aeterno percita motu,

O tu, che in mezzo a così grandi tenebre  
primo potesti  
levare una luce tanto chiara, illuminando  
le gioie della vita,  
io seguo te, o onore della gente greca, e  
nelle orme  
da te impresse pongo ora ferme le piante  
dei miei piedi,  
non tanto perché io voglia gareggiare con  
te, quanto perché anelo  
a imitarti per amore. Come potrebbe  
infatti contendere la rondine  
coi cigni? O come potrebbero mai i capretti  
dalle tremule  
membra emulare nella corsa l'impeto di un  
forte cavallo?  
Tu padre sei, scopritore del vero; tu  
paterni precetti  
ci prodighi, e, come le api nei pascoli fioriti  
suggono per ogni dove, così noi nei tuoi  
scritti,  
o glorioso, ci pasciamo di tutti gli aurei  
detti,  
aurei, sempre degnissimi di vita perpetua.  
Infatti, appena la tua dottrina comincia a  
svelare a gran voce  
la natura quale è sorta dalla tua mente  
divina,  
fuggon via i terrore dell'animo, le mura del  
mondo  
si disserrano, vedo le cose svolgersi  
attraverso tutto il vuoto.  
Appaiono la potenza degli dèi e le sedi  
quiete,  
che né venti scuotono, né nuvole  
cospargono  
di piovre, né neve viola, condensata da  
gelo acuto,  
candida cadendo; <ma> un etere sempre  
senza nubi  
le ricopre, e ride di luce largamente  
diffusa.  
E tutto fornisce la natura, né alcuna  
cosa in alcun tempo intacca la pace  
dell'animo.  
Ma per contro in nessun luogo appaiono le  
regioni acherontee,  
né la terra impedisce che si discerna tutto  
quanto

quove modo possint res ex his quaeque  
creari,  
hasce secundum res animi natura videtur  
atque animae clarae meis iam versibus  
esse  
et metus ille foras praeceps Acheruntis  
agendus,  
funditus humanam qui vitam turbat ab imo  
omnia suffundens mortis nigrore neque  
ullam  
esse voluptatem liquidam puramque  
relinquit.  
nam quod saepe homines morbos magis  
esse timendos  
infamemque ferunt vitam quam Tartara  
leti  
et se scire animi naturam sanguinis esse,  
aut etiam venti, si fert ita forte voluntas,  
nec prosum quicquam nostrae rationis  
egere,  
hinc licet advertas animum magis omnia  
laudis  
iactari causa quam quod res ipsa probetur.  
extorres idem patria longeque fugati  
conspectu ex hominum, foedati crimine  
turpi,  
omnibus aerumnis adfecti denique vivunt,  
et quo cumque tamen miseri venere  
parentant  
et nigras mactant pecudes et manibus  
divis  
inferias mittunt multoque in rebus acerbis  
acrius advertunt animos ad religionem.  
quo magis in dubiis hominem spectare  
periculis  
convenit adversisque in rebus noscere qui  
sit;  
nam verae voces tum demum pectore ab  
imo  
eliciuntur [et] eripitur persona Amanare.  
denique avarities et honorum caeca  
cupido,  
quae miseros homines cogunt  
transcendere fines  
iuris et inter dum socios scelerum atque  
ministros  
noctes atque dies niti praestante labore  
ad summas emergere opes, haec vulnera  
vitae  
non minimam partem mortis formidine  
aluntur.  
turpis enim ferme contemptus et acris  
egestas

si svolge sotto i miei piedi, laggiù,  
attraverso il vuoto.  
Per queste cose mi prende allora un certo  
divino piacere  
e un brivido, perché così per la potenza  
della tua mente la natura,  
tanto manifestamente dischiudendosi, in  
ogni parte è stata rivelata.  
E poiché ho insegnato quali siano i principi  
di tutte le cose e quanto differenti per  
varietà di forme  
spontaneamente volteggino, stimolati da  
moto eterno,  
e in che modo da questi si possa produrre  
ogni cosa,  
dopo ciò mi sembra che nei miei versi  
debba essere ormai  
illustrata la natura dell'animo e dell'anima,  
e che si debba scacciar via a precipizio  
quel timore dell'Acheronte,  
che dal profondo sconvolge appieno la vita  
umana,  
tutto inondando del nero della morte,  
né lascia esistere alcun piacere limpido e  
puro.  
Sì, spesso gli uomini dichiarano che  
malattie e vita infame  
sono più temibili che il Tartaro, dimora  
della morte;  
dicono di sapere che la natura dell'animo è  
fatta di sangue,  
o anche di vento, se a ciò per caso li  
spinge il capriccio,  
e di non avere affatto bisogno della nostra  
dottrina;  
ma di qui puoi intendere che tutto è  
ostentato per vanagloria  
piuttosto che espresso per convinzione  
della cosa stessa.  
Questi medesimi, cacciati dalla patria ed  
esiliati lontano  
dal cospetto degli uomini, disonorati da  
un'accusa  
vergognosa, afflitti da tutte le pene, in fin  
dei conti vivono,  
e, dovunque sono giunti nella loro miseria,  
offrono tuttavia  
sacrifici ai loro morti, e immolano nere  
vittime, e agli dèi Mani  
consacrano funebri onori, e negli acerbi  
frangenti con ansia  
molto più acuta rivolgono gli animi alla  
religione.

semota ab dulci vita stabilique videtur  
et quasi iam leti portas cunctarier ante;  
unde homines dum se falso terrore coacti  
effugisse volunt longe longaque remosse,  
sanguine civili rem conflant divitiasque  
conduplicant avidi, caedem caede  
accumulantes,  
crudeles gaudent in tristi funere fratris  
et consanguineum mensas odere  
timentque.  
consimili ratione ab eodem saepe timore  
macerat invidia ante oculos illum esse  
potentem,  
illum aspectari, claro qui incedit honore,  
ipsi se in tenebris volvi caenoque  
queruntur.  
intereunt partim statuarum et nominis  
ergo.  
et saepe usque adeo, mortis formidine,  
vitae  
percipit humanos odium lucisque  
videndae,  
ut sibi consciscant maerenti pectore letum  
obliti fontem curarum hunc esse timorem:  
hunc vexare pudorem, hunc vincula  
amicitiae  
rumpere et in summa pietate evertere  
suadet:  
nam iam saepe homines patriam carosque  
parentis  
prodiderunt vitare Acherusia templa  
petentes.  
nam vel uti pueri trepidant atque omnia  
caecis  
in tenebris metuunt, sic nos in luce  
timemus  
inter dum, nihilo quae sunt metuenda  
magis quam  
quae pueri in tenebris pavitant finguntque  
futura.  
hunc igitur terrorem animi tenebrasque  
necesses  
non radii solis neque lucida tela diei  
discutiant, sed naturae species ratioque.  
Primum animum dico, mentem quem  
saepe vocamus,  
in quo consilium vitae regimenque locatum  
est,  
esse hominis partem nihilo minus ac  
manus et pes  
atque oculi partes animantis totius  
extant.  
\* \* \*

Più conviene, quindi, provare l'uomo nei  
dubbiosi  
cimenti, e nelle avversità conoscere quale  
sia;  
giacché allora alfine parole veraci gli si  
cavano dal profondo  
del petto <e> vien strappata la maschera,  
rimane la realtà.  
Infine l'avidità e la cieca brama di onori,  
che forzano i miseri uomini a oltrepassare i  
confini  
del giusto, e talora, come compagni e  
ministri di delitti,  
adoprarsi notte e giorno con soverchiante  
fatica  
per assorgere a somma potenza - queste  
piaghe della vita,  
in gran parte è il timore della morte che le  
nutre.  
Infatti comunemente il vergognoso  
disprezzo e l'amara  
povertà paiono remoti da una vita dolce e  
stabile,  
e quasi già sostare davanti alle porte della  
morte;  
e gli uomini, mentre costretti da fallace  
terrore vorrebbero  
essere già fuggiti lontano da essi e lontano  
averli scacciati,  
col sangue dei concittadini ingrossano le  
proprie sostanze  
e avidi raddoppiano le ricchezze,  
accumulando strage su strage;  
crudeli si rallegrano del triste funerale di  
un fratello  
e per le mense dei consanguinei provano  
odio e terrore.  
In simile maniera, nascendo dallo stesso  
timore, spesso  
li macera l'invidia che alla vista di tutti  
colui sia potente,  
attraffa gli sguardi colui che incede con  
splendido onore,  
mentre essi si lamentano di voltolarsi nelle  
tenebre e nel fango.  
Alcuni periscono per brama di statue e di  
rinomanza;  
e spesso a tal segno per paura della morte  
prende  
gli uomini odio della vita e della vista della  
luce,  
che si danno con petto angosciato la  
morte,

sensum animi certa non esse in parte locatum,  
verum habitum quendam vitalem corporis esse,  
harmoniam Graei quam dicunt, quod faciat nos vivere cum sensu, nulla cum in parte siet mens;  
ut bona saepe valetudo cum dicitur esse corporis, et non est tamen haec pars ulla valentis,  
sic animi sensum non certa parte reponunt;  
magno opere in quo mi diversi errare videntur.

Saepe itaque, in promptu corpus quod cernitur, aegret,  
cum tamen ex alia laetamur parte latenti;  
et retro fit ubi contra sit saepe vicissim,  
cum miser ex animo laetatur corpore toto;  
non alio pacto quam si, pes cum dolet aegri,  
in nullo caput interea sit forte dolore.

Praeterea molli cum somno dedita membra effusumque iacet sine sensu corpus honustum,  
est aliud tamen in nobis quod tempore in illo multimodis agitur et omnis accipit in se laetitiae motus et curas cordis inanis.

Nunc animam quoque ut in membris cognoscere possis esse neque harmonia corpus sentire solere,  
principio fit uti detracto corpore multo saepe tamen nobis in membris vita moretur.

Atque eadem rursum, cum corpora pauca caloris diffugere forasque per os est editus aër, deserit extemplo venas atque ossa relinquit;  
noscere ut hinc possis non aequas omnia partis corpora habere neque ex aequo fulcire salutem,  
sed magis haec, venti quae sunt calidique vaporis semina, curare in membris ut vita moretur.  
est igitur calor ac ventus vitalis in ipso corpore, qui nobis moribundos deserit

dimenticando che la fonte degli affanni è questo timore, questo fa strazio del senso d'onore, questo rompe i vincoli dell'amicizia - e insomma induce a sovvertire la pietà. Già spesso infatti gli uomini tradirono la patria e i cari genitori, cercando di evitare le regioni acherontee. Difatti, come i fanciulli trepidano e tutto temono nelle cieche tenebre, così noi nella luce talora abbiamo paura di cose che per nulla son da temere più di quelle che i fanciulli nelle tenebre paventano e immaginano prossime ad avvenire. Questo terrore dell'animo, dunque, e queste tenebre non li devono dissolvere i raggi del sole, né i lucidi dardi del giorno, ma l'aspetto e l'intima legge della natura. Anzitutto dico che l'animo, che spesso chiamiamo mente, in cui han sede il senno e il governo della vita, è una parte dell'uomo, non meno che una mano e un piede e gli occhi sono parti dell'intero essere animato. <Tuttavia taluni hanno asserito> che la sensibilità dell'animo non ha sede in una parte determinata, ma è una certa disposizione vitale del corpo, che i Greci chiamano armonia, perché per essa noi vivremmo dotati di sensibilità, sebbene in nessuna parte esista la mente; come spesso si dice che il corpo gode di buona salute, e tuttavia questa non è alcuna parte di colui che sta bene. Così la sensibilità dell'animo non la pongono in una parte determinata; e in ciò mi sembra che errino molto lontano dalla giusta via. Spesso, infatti, il corpo in una parte palese è malato, mentre tuttavia gioiamo in un'altra parte che è occulta;

artus.  
quapropter quoniam est animi natura  
reperita  
atque animae quasi pars hominis, redde  
harmoniai  
nomen, ad organicos alto delatum  
Heliconi,  
sive aliunde ipsi porro traxere et in illam  
transtulerunt, proprio quae tum res  
nomine egebat.  
quidquid [id] est, habeant: tu cetera  
percipe dicta.  
Nunc animum atque animam dico  
coniuncta teneri  
inter se atque unam naturam conficere ex  
se,  
sed caput esse quasi et dominari in  
corpore toto  
consilium, quod nos animum mentemque  
vocamus.  
idque situm media regione in pectoris  
haeret.  
hic exultat enim pavor ac metus, haec loca  
circum  
laetitiae mulcent: hic ergo mens  
animusquest.  
cetera pars animae per totum dissita  
corpus  
paret et ad numen mentis momenque  
mouetur.  
idque sibi solum per se sapit et sibi  
gaudet,  
cum neque res animam neque corpus  
commovet una.  
et quasi, cum caput aut oculus temptante  
dolore  
laeditur in nobis, non omni conruciamur  
corpore, sic animus nonnumquam laeditur  
ipse  
laetitiaque viget, cum cetera pars animai  
per membra atque artus nulla novitate  
cietur;  
verum ubi vementi magis est commota  
metu mens,  
consentire animam totam per membra  
videmus  
sudoresque ita palloremque existere toto  
corpore et infringi linguam vocemque  
aboriri,  
caligare oculos, sonere auris, succidere  
artus,  
denique concidere ex animi terrore  
videmus

e all'inverso accade spesso che s'avveri il  
contrario, a sua volta,  
quando chi soffre nell'animo gioisce in  
tutto il corpo;  
non altrimenti che se, mentre a un malato  
duole un piede,  
nessun dolore intanto abbia, per  
avventura, la testa.  
Inoltre, quando le membra sono in preda a  
molle sonno  
e abbandonato giace senza senso il corpo  
appesantito,  
tuttavia c'è in noi qualche altra cosa che in  
quel mentre  
si agita in molti modi e tutti in sé riceve  
i moti della letizia e le vane inquietudini  
del cuore.  
Ora, perché tu possa conoscere che anche  
l'anima  
è nelle membra e che non per un'armonia  
suole il corpo sentire,  
anzitutto accade spesso che, pur detratta  
gran parte  
del corpo, tuttavia ci rimanga nelle  
membra la vita;  
e d'altra parte, quando poche particelle di  
calore  
son fuggite via e aria è stata esalata fuori  
attraverso la bocca,  
la stessa vita subito abbandona le vene e  
lascia le ossa;  
sì che da ciò puoi conoscere che non tutti i  
corpi primi  
hanno funzioni uguali, né in ugual modo  
sostengono la salvezza,  
ma più questi, che sono i semi del vento e  
dell'ardente calore,  
fanno sì che rimanga nelle membra la vita.  
V'è dunque nello stesso corpo un calore e  
un vento vitale,  
che abbandona le nostre membra al  
momento della morte.  
Pertanto, poiché la natura dell'animo e  
dell'anima è stata  
svelata come una parte dell'uomo, lascia il  
nome di armonia,  
che per i musicisti fu portato giù dall'alto  
Elicona;  
o forse questi stessi, a loro volta, lo  
trassero d'altrove  
e lo trasportarono a quella cosa che allora  
non aveva un proprio nome.  
Comunque <ciò> sia, se lo tengano: tu

saepe homines; facile ut quivis hinc  
noscere possit  
esse animam cum animo coniunctam,  
quae cum animi [vi]  
percutta est, exim corpus propellit et icit.

Haec eadem ratio naturam animi atque  
animam  
corpoream docet esse; ubi enim propellere  
membra,  
corripere ex somno corpus mutareque  
vultum  
atque hominem totum regere ac versare  
videtur,  
quorum nil fieri sine tactu posse videmus  
nec tactum porro sine corpore, nonne  
fatendumst  
corporea natura animum constare  
animamque?

praeterea pariter fungi cum corpore et una  
consentire animum nobis in corpore cernis.  
si minus offendit vitam vis horrida teli  
ossibus ac nervis disclusis intus adacta,  
at tamen insequitur languor terraeque  
petitus  
suavis et in terra mentis qui gignitur  
aestus  
inter dumque quasi exurgendi incerta  
voluntas.  
ergo corpoream naturam animi esse  
necessesst,  
corporeis quoniam telis ictuque laborat.

Is tibi nunc animus quali sit corpore et  
unde  
constiterit pergam rationem reddere dictis.  
principio esse aio persuptilem atque  
minutis  
perquam corporibus factum constare. id  
ita esse  
hinc licet advertas animum, ut pernoscere  
possis.

Nil adeo fieri celeri ratione videtur,  
quam si mens fieri proponit et inchoat  
ipsa;  
ocius ergo animus quam res se perciet  
ulla,  
ante oculos quorum in promptu natura  
videtur.  
at quod mobile tanto operest, constare  
rutundis  
perquam seminibus debet perquamque  
minutis,  
momine uti parvo possint impulsa moveri.  
namque movetur aqua et tantillo momine

ascolta i restanti miei detti.  
Ora io dico che l'animo e l'anima si  
tengono congiunti  
tra loro e costituiscono di sé una sola  
natura;

ma ciò che è il capo, per così dire, e  
domina in tutto il corpo,  
è il senno, che noi chiamiamo animo e  
mente.

Ed esso è posto e fissato nella regione  
centrale del petto.

Qui infatti si agitano l'ansia e la paura,  
intorno a queste parti

le gioie ci accarezzano; qui dunque è la  
mente e l'animo.

Tutto il resto dell'anima, disseminato per  
tutto il corpo,

obbedisce e si muove al cenno e al  
movimento della mente.

Questa ragiona da sé per sé sola, <questa>  
da sé gode,  
quando nessuna cosa commuove l'anima,  
né il corpo.

E come, quando la testa o un occhio è leso  
in noi

dall'assalto del dolore, non siamo afflitti  
nello stesso tempo

in tutto il corpo, così l'animo talora di per  
sé stesso è leso

o di gioia esulta, mentre tutto il resto  
dell'anima

per le membra e le articolazioni da  
nessuna novità viene eccitato.

Ma, quando la mente è commossa da  
timore più veemente,

tutta l'anima vediamo consentire  
attraverso le membra,

e quindi sudori e pallore effondersi per  
tutto il corpo

e balbettare la lingua e spegnersi la voce,  
annebbiarsi

gli occhi, fischiare le orecchie, venir meno le  
articolazioni;

alfine per il terrore dell'animo vediamo  
spesso gli uomini

crollare; sì che facilmente ognuno può da  
questo conoscere

che l'anima è congiunta con l'animo e,  
quando <dalla potenza>

dell'animo è stata percossa, subito urta e  
sospinge il corpo.

Questo stesso ragionamento prova che la  
natura dell'animo e dell'anima

flutat,  
quippe volubilibus parvisque creata figuris.  
at contra mellis constantior est natura  
et pigri latices magis et cunctantior actus:  
haeret enim inter se magis omnis materiai  
copia, ni mirum quia non tam levibus extat  
corporibus neque tam subtilibus atque  
rutundis.  
namque papaveris aura potest suspensa  
levisque  
cogere ut ab summo tibi diffluat altus  
acervus,  
at contra lapidum coniectum spicarumque  
noenu potest. igitur parvissima corpora  
pro quam  
et levissima sunt, ita mobilitate fruuntur;  
at contra quae cumque magis cum  
pondere magno  
asperaque inveniuntur, eo stabilita magis  
sunt.  
nunc igitur quoniamst animi natura reperta  
mobilis egregie, perquam constare  
necesses  
corporibus parvis et levibus atque  
rutundis.  
quae tibi cognita res in multis, o bone,  
rebus  
utilis invenietur et opportuna cluebit.  
Haec quoque res etiam naturam dedicat  
eius,  
quam tenui constet textura quamque loco  
se  
contineat parvo, si possit conglomerari,  
quod simul atque hominem leti segura  
quies est  
indepta atque animi natura animaeque  
recessit,  
nil ibi libatum de toto corpore cernas  
ad speciem, nihil ad pondus: mors omnia  
praestat,  
vitalem praeter sensum calidumque  
vaporem.  
ergo animam totam perparvis esse  
necesses  
seminibus nexam per venas viscera  
nervos,  
qua tenus, omnis ubi e toto iam corpore  
cessit,  
extima membrorum circumcaesura tamen  
se  
incolumem praestat nec deficit ponderis  
hilum.  
quod genus est, Bacchi cum flos evanuit

è corporea. Quando infatti si vede che  
sospinge le membra,  
strappa dal sonno il corpo e cangia il volto,  
e tutto l'uomo regge e volge di qua e di là  
-  
e di queste cose vediamo che nessuna può  
prodursi senza contatto,  
né il contatto, a sua volta, senza corpo -  
non si deve forse  
ammettere che l'animo e l'anima sono di  
natura corporea?  
Inoltre tu vedi che col corpo patisce  
parimenti  
l'animo e insieme partecipa del sentire nel  
nostro corpo.  
Se non offende la vita la violenza orrida di  
un dardo  
penetrata addentro squarciando ossa e  
nervi,  
nondimeno ne segue un languore e un  
dolce cadere per terra,  
e in terra una confusione che nasce nella  
mente,  
e talora come un'incerta volontà di  
rialzarsi.  
Dunque, non può essere che corporea la  
natura dell'animo,  
poiché dall'urto di dardi corporei è  
travagliata.  
Ora, di quale specie di materia sia  
quest'animo e come  
sia costituito, proseguendo ti spiegherò  
con le mie parole.  
In primo luogo dico che è molto sottile e  
risulta costituito  
di corpuscoli estremamente minuti. Che  
sia così,  
puoi intendere, se presti attenzione, da  
questo.  
Nessuna cosa si vede avvenire con la  
celerità con la quale  
la mente si raffigura che avvenga e le dà  
inizio essa stessa.  
L'animo, dunque, si muove più  
velocemente di tutte le cose  
la cui natura appare manifesta innanzi ai  
nostri occhi.  
Ma ciò che è tanto mobile, deve constare  
di semi  
estremamente rotondi ed estremamente  
minuti,  
sicché possano muoversi spinti da un  
piccolo impulso.

aut cum  
spiritus unguenti suavis diffugit in auras  
aut aliquo cum iam sucus de corpore  
cessit;  
nil oculis tamen esse minor res ipsa  
videtur  
propterea neque detractum de pondere  
quicquam,  
ni mirum quia multa minutaque semina  
sucos  
efficiunt et odorem in toto corpore rerum.  
quare etiam atque etiam mentis naturam  
animaque  
scire licet perquam paucis esse creatam  
seminibus, quoniam fugiens nil ponderis  
aufert.  
Nec tamen haec simplex nobis natura  
putanda est.  
tenvis enim quaedam moribundos deserit  
aura  
mixta vapore, vapor porro trahit aëra  
secum;  
nec calor est quisquam, cui non sit mixtus  
et aër;  
rara quod eius enim constat natura,  
necesses  
aëris inter eum primordia multa moveri.  
iam triplex animi est igitur natura reperta;  
nec tamen haec sat sunt ad sensum  
cuncta creandum,  
nil horum quoniam recipit mens posse  
creare  
sensiferos motus, quae denique mente  
volutat.  
quarta quoque his igitur quaedam natura  
necesses  
adtribuatur; east omnino nominis expers;  
qua neque mobilis quicquam neque  
tenvis extat  
nec magis e parvis et levibus ex  
elementis;  
sensiferos motus quae didit prima per  
artus.  
prima cietur enim, parvis perfecta figuris,  
inde calor motus et venti caeca potestas  
accipit, inde aër, inde omnia mobilitantur:  
concutitur sanguis, tum viscera  
persentiscunt  
omnia, postremis datur ossibus atque  
medullis  
sive voluptas est sive est contrarius ardor.  
nec temere huc dolor usque potest  
penetrare neque acre

Infatti si muove l'acqua e per un minimo  
impulso fluttua,  
perché è composta di atomi girevoli e  
piccoli.  
Al contrario, la natura del miele è più  
consistente,  
e più pigro il suo liquore, e più indugiante  
il suo movimento;  
infatti tutta la massa della sua materia ha  
maggiore coesione,  
evidentemente perché non consta di corpi  
tanto lisci,  
né tanto sottili e rotondi. Giacché un soffio  
sospeso  
e leggero può costringere un alto mucchio  
di semi  
di papavero a sparpagliarsi innanzi a te giù  
dalla cima:  
al contrario, su un mucchio di pietre o di  
spighe  
non può nulla. Dunque, quanto più i corpi  
sono piccoli  
e lisci, tanto più sono dotati di mobilità.  
Al contrario, tutti quelli che si trovano di  
peso maggiore  
ed aspri, tanto più sono stabili.  
Ora, dunque, poiché <si è> trovato che la  
natura dell'animo  
è particolarmente mobile, essa deve  
constare di corpi  
estremamente piccoli e lisci e rotondi.  
E questa verità, da te conosciuta, in molte  
cose, o caro,  
si dimostrerà utile e sarà riconosciuta  
opportuna.  
Anche questo fatto indica del pari la natura  
dell'animo,  
di quanto tenue tessitura esso sia  
costituito, e in quanto  
piccolo luogo sarebbe contenuto, se  
potesse conglomerarsi:  
appena l'imperturbata quiete della morte  
si è impadronita  
dell'uomo, e la natura dell'animo e  
dell'anima se n'è staccata,  
nulla potresti ivi discernere detratto da  
tutto il corpo,  
né alla vista, né al peso: la morte lascia  
ogni cosa  
al suo posto, tranne il senso vitale e il  
fervido calore.  
Dunque tutta l'anima dev'essere composta  
di semi

permanere malum, quin omnia  
perturbentur  
usque adeo [ut] vitae desit locus atque  
animai  
diffugiant partes per caulas corporis  
omnis.  
sed plerumque fit in summo quasi corpore  
finis  
motibus: hanc ob rem vitam retinere  
valemus.

Nunc ea quo pacto inter sese mixta  
quibusque  
compta modis vigeant rationem reddere  
aventem  
abstrahit invitum patrii sermonis egestas;  
sed tamen, ut potero summam attingere,  
tangam.

inter enim cursant primordia principiorum  
motibus inter se, nihil ut discernier unum  
possit nec spatium fieri divisa potestas,  
sed quasi multae vis unius corporis extant.  
quod genus in quovis animantium viscere  
volgo

est odor et quidam color et sapor, et  
tamen ex his

omnibus est unum perfectum corporis  
augmen,  
sic calor atque aër et venti caeca potestas  
mixta creant unam naturam et mobilis illa  
vis, in initium motus ab se quae dividit ovis,  
sensifer unde oritur primum per viscera  
motus.

nam penitus prorsum latet haec natura  
subestque

nec magis hac infra quicquam est in  
corpore nostro

atque **anima** est animae propro toto  
ipsa.

quod genus in nostris membris et corpore  
toto

mixta latens animi vis est animaeque  
potestas,

corporibus quia de parvis paucisque  
creatast,

sic tibi nominis haec expers vis, facta  
minutis

corporibus, latet atque animae quasi totius  
ipsa

proprorost **anima** et dominatur corpore  
toto.

consimili ratione necessest ventus et aër  
et calor inter se vigeant commixta per  
artus

piccolissimi, intrecciata per vene, viscere,  
nervi;

dato che, quando tutta è ormai andata via  
dall'intero corpo,

l'esterno contorno delle membra si  
conserva tuttavia

incolume, né al peso manca nulla.

Simile cosa avviene quando l'aroma di  
Bacco è svanito

o quando un soave profumo d'unguento  
s'è disperso per l'aria

o quando da qualche corpo s'è ormai  
dileguato il sapore;

in nulla tuttavia agli occhi la cosa stessa  
sembra divenuta

più piccola perciò, né alcunché sembra  
detratto dal suo peso;

evidentemente perché molti e minuti semi  
fanno

i sapori e l'odore nell'interno corpo delle  
cose.

Perciò, ancora e ancora, si può concludere  
che la natura

della mente e dell'anima è composta di  
semi estremamente

piccolini, perché fuggendo non porta via  
alcuna parte del peso.

Tuttavia non dobbiamo supporre semplice  
questa natura.

I moribondi infatti abbandona un certo  
soffio tenue,

misto a calore, e il calore trae aria con sé.  
Né c'è alcun calore, a cui non sia mista

anche aria;

poiché la sua natura è infatti rada, molti  
primi principi d'aria devono muoversi entro  
di esso.

Già triplice, quindi, è apparsa la natura  
dell'animo;

e tuttavia questi elementi tutti insieme  
non bastano a creare

il senso, poiché la mente non ammette che  
alcuno di questi

possa creare i moti sensiferi e i pensieri  
che la mente rivolge.

è dunque necessario che a questi  
s'aggiunga

anche una quarta natura. Essa è del tutto  
priva di nome;

e non esiste alcuna cosa che sia più mobile  
o più tenue di lei,

né fatta di elementi più piccoli e più lisci;  
lei per prima diffonde i movimenti sensiferi

atque aliis aliud subsit magis emineatque,  
ut quiddam fieri videatur ab omnibus  
unum,  
ni calor ac ventus seorsum seorsumque  
potestas  
aëris interemant sensum diductaque  
solvant.  
est etiam calor ille animo, quem sumit, in  
ira  
cum fervescit et ex oculis micat acrius  
ardor;  
est et frigida multa, comes formidinis,  
aura,  
quae ciet horrorem membris et concitat  
artus;  
est etiam quoque pacati status aëris ille,  
pectore tranquillo fit qui voltuque sereno.  
sed calidi plus est illis quibus acria corda  
iracundaque mens facile effervescit in ira,  
quo genere in primis vis est violenta  
leonum,  
pectora qui fremitu rumpunt plerumque  
gementes  
nec capere irarum fluctus in pectore  
possunt.  
at ventosa magis cervorum frigida mens  
est  
et gelidas citius per viscera concitat auras,  
quae tremulum faciunt membris existere  
motum.  
at natura boum placido magis aëre vivit  
nec nimis irai fax umquam subdita percit  
fumida, suffundens caecae caliginis  
umbra,  
nec gelidis torpet telis perfixa pavoris;  
interutrasque sitast cervos saevosque  
leones.  
sic hominum genus est: quamvis doctrina  
politos  
constituat pariter quosdam, tamen illa  
relinquit  
naturae cuiusque animi vestigia prima.  
nec radicitus evelli mala posse  
putandumst,  
quin proclivius hic iras decurrat ad acris,  
ille metu citius paulo temptetur, at ille  
tertius accipiat quaedam clementius  
aequo.  
inque aliis rebus multis differre necessest  
naturas hominum varias moresque  
sequacis;  
quorum ego nunc nequeo caecas exponere  
causas

per le membra.  
è infatti prima ad essere eccitata,  
composta com'è di piccoli atomi;  
poi i movimenti s'estendono al calore e  
alla cieca forza  
del vento, poi all'aria; poi è messa in  
movimento ogni cosa:  
s'agita il sangue, in séguito la sensazione  
penetra in tutte  
le carni, per ultime la ricevono le ossa e le  
midolla,  
si tratti di un piacere o di un ardore  
contrario.  
Né facilmente il dolore può penetrare fin  
qui, né un acuto  
male introdursi, senza che tutto sia  
perturbato,  
a tal segno <che> non c'è più luogo per la  
vita, e le parti  
dell'anima fuggono via per tutte le  
aperture del corpo.  
Ma per lo più i movimenti hanno termine  
quasi alla superficie  
del corpo: perciò siamo in grado di  
trattenere la vita.  
Ora, sebbene io desideri spiegare come  
misti tra loro, e in quali  
modi combinati, questi elementi compiano  
le loro operazioni,  
me ne rattiene, mio malgrado, la povertà  
della patria lingua;  
ma tuttavia, come potrò sommariamente  
occuparmene, toccherò  
questo argomento. S'intrecciano infatti tra  
loro correndo qua e là  
i primi principi coi movimenti che sono  
propri degli atomi,  
sì che non si può staccare un solo  
elemento, né il suo potere  
può sussistere diviso dagli altri nello  
spazio, ma sono come  
le molte forze di un unico corpo. Allo  
stesso modo che qualunque  
viscere di essere vivente ha in genere un  
odore e un certo calore  
e un sapore, e tuttavia di tutti questi è  
composta la complessione  
di un unico corpo; così il calore e l'aria e la  
cieca forza del vento  
misti creano un'unica natura, insieme con  
quella mobile forza,  
che da sé distribuisce ad essi l'inizio del  
movimento,

nec reperire figurarum tot nomina quot sunt  
principiis, unde haec oritur variantia rerum.  
illud in his rebus video firmare potesse,  
usque adeo naturarum vestigia linqui parvola,  
quae nequeat ratio depellere nobis,  
ut nihil inpediat dignam dis degere vitam.

Haec igitur natura tenetur corpore ab omni  
ipsaque corporis est custos et causa salutis;  
nam communibus inter se radicibus haerent  
nec sine pernicie divelli posse videntur.  
quod genus e thuris glaebis evellere odorem  
haud facile est, quin intereat natura quoque eius,  
sic animi atque animae naturam corpore toto  
extrahere haut facile est, quin omnia dissoluantur.  
inplexis ita principiis ab origine prima  
inter se fiunt consorti praedita vita,  
nec sibi quaeque sine alterius vi posse videtur  
corporis atque animi seorsum sentire potestas,  
sed communibus inter eas conflatur utrimque  
motibus accensus nobis per viscera sensus.

Praeterea corpus per se nec gignitur umquam  
nec crescit neque post mortem durare videtur.  
non enim, ut umor aquae dimittit saepe vaporem,  
qui datus est, neque ea causa convellitur ipse,  
sed manet incolumis, non, inquam, sic animai  
discidium possunt artus perferre relictis,  
sed penitus pereunt convulsi conque putrescunt.  
ex ineunte aevo sic corporis atque animai  
mutua vitalis discunt contagia motus,  
maternis etiam membris alvoque reposita,  
discidium [ut] nequeat fieri sine peste maloque;  
ut videas, quoniam coniunctast causa

donde prima sorge attraverso la carne il movimento sensifero.

Giacché affatto nel profondo è nascosta questa natura, e sta laggiù, né c'è cosa nel nostro corpo più interna di questa, ed essa è a sua volta l'anima di tutta l'anima.

Allo stesso modo che nelle nostre membra e in tutto il corpo la forza dell'animo e il potere dell'anima sono misti e nascosti, perché son composti di corpi piccoli e radi, così, vedi, questa forza priva di nome, fatta di corpi minuti, sta nascosta, e di tutta l'anima è essa stessa, a sua volta, per così dire, l'anima, e domina su tutto il corpo.

In simile maniera è necessario che il vento e l'aria

e il calore compiano le loro operazioni commisti tra loro

per le membra, e uno stia più sotto di altri o sormonti,

perché si veda risultare da tutti un'unica cosa: altrimenti

il calore e il vento separatamente, e separatamente la potenza dell'aria, distruggerebbero il senso e, divisi, lo dissolverebbero.

L'animo ha anche quel calore da cui è preso

quando ferve d'ira e un ardore sfavilla dagli occhi più vivamente.

C'è anche molta aria fredda, che è compagna della paura

e suscita un brivido nel corpo ed agita le membra.

E c'è anche quello stato d'aria pacata, che si produce

quando il petto è tranquillo e il volto è sereno.

Ma più calore hanno quelli cui i cuori fieri e l'animo iracondo facilmente ribollono nell'ira.

Di tale genere è in primo luogo la forza violenta dei leoni,

che spesso ruggendo rompono i petti coi fremiti,

né possono contenere nel petto i flutti delle ire.

Ma più vento ha la fredda mente dei cervi

salutis,  
coniunctam quoque naturam consistere  
eorum.

Quod super est, si quis corpus sentire  
refutat  
atque animam credit permixtam corpore  
toto  
suscipere hunc motum quem sensum  
nominamus,  
vel manifestas res contra verasque  
repugnat.  
quid sit enim corpus sentire quis adferet  
umquam,  
si non ipsa palam quod res dedit ac docuit  
nos?  
'at dimissa **anima** corpus caret undique  
sensu.'  
perdit enim quod non proprium fuit eius in  
aevo  
multaque praeterea perdit quom expellitur  
aevo.

Dicere porro oculos nullam rem cernere  
posse,  
sed per eos animum ut foribus spectare  
reclusis,  
difficilest, contra cum sensus ducat  
eorum;  
sensus enim trahit atque acies detrudit ad  
ipsas,  
fulgida praesertim cum cernere saepe  
nequimus,  
lumina luminibus quia nobis  
praepediuntur.  
quod foribus non fit; neque enim, qua  
cernimus ipsi,  
ostia suscipiunt ullum reclusa laborem.  
praeterea si pro foribus sunt lumina  
nostra,  
iam magis exemptis oculis debere videtur  
cernere res animus sublatis postibus ipsis.

Illud in his rebus nequaquam sumere  
possis,  
Democriti quod sancta viri sententia ponit,  
corporis atque animi primordia singula  
primis  
adposita alternis, variare ac nectere  
membra.  
nam cum multo sunt animae elementa  
minora  
quam quibus e corpus nobis et viscera  
constant,  
tum numero quoque concedunt et rara per  
artus

e più presto suscita per le viscere gelidi  
soffi,  
che fanno sì che nelle membra si levi un  
tremulo moto.  
Ma la natura dei buoi vive piuttosto di  
un'aria placida,  
né mai troppo la fumida face dell'ira vi  
s'insinua e l'accende,  
soffondendo l'ombra di una caligine cieca,  
né intorpidisce trafitta dai dardi gelidi dello  
spavento:  
tiene il posto di mezzo, tra i cervi e i  
selvaggi leoni.  
Così è del genere umano. Sebbene  
l'educazione raffini  
alcuni e li formi in pari grado, tuttavia essa  
lascia  
in ciascuno le prime vestigia del carattere  
naturale.  
Né si deve credere che i difetti possano  
essere strappati dalle radici,  
sì che costui non trascorra troppo  
corrivamente a ire violente,  
colui non sia un po' più presto assalito da  
paura, e un terzo  
non accetti certe cose più placidamente  
del giusto.  
E in molte altre cose è necessario che  
differiscano  
le varie nature degli uomini e i costumi  
che ne conseguono;  
ma io ora non posso chiarirne le cause  
oscurе,  
né trovare nomi per tante figure, quante  
ne hanno  
i primi principi da cui sorge questa varietà  
delle cose.  
Questo, a tale proposito, vedo di potere  
affermare:  
di quelle nature restano tracce che la  
ragione  
non può scacciare da noi talmente esigue  
che nulla impedisce di trascorrere una vita  
degnа degli dèi.  
Questa natura dell'anima è dunque tenuta  
insieme da tutto il corpo,  
e al corpo è essa stessa custode e causa di  
conservazione;  
giacché mediante comuni radici aderiscono  
tra loro  
e si vede che non possono essere  
distaccati senza rovina.  
Come dai grani d'incenso non è possibile

dissita sunt, dum taxat ut hoc promittere  
possis,  
quantula prima queant nobis iniecta ciere  
corpora sensiferos motus in corpore, tanta  
intervalla tenere exordia prima animai.  
nam neque pulveris inter dum sentimus  
adhaesum  
corpore nec membris incussam sidere  
cretam,  
nec nebulam noctu neque arani tenvia fila  
obvia sentimus, quando obretimur euntes,  
nec supera caput eiusdem cecidisse  
vietam  
vestem nec plumas avium papposque  
volantis,  
qui nimia levitate cadunt plerumque  
gravatim,  
nec repentis itum cuiusvis cumque  
animantis  
sentimus nec priva pedum vestigia  
quaeque,  
corpore quae in nostro culices et cetera  
ponunt.  
usque adeo prius est in nobis multa  
ciendum  
quam primordia sentiscant concussa  
animai,  
semina corporibus nostris inmixta per  
artus,  
et quam in his intervallis tuditantia possint  
concurrere coire et dissultare vicissim.  
Et magis est animus vitae claustra  
coërens  
et dominantior ad vitam quam vis animai.  
nam sine mente animoque nequit residere  
per artus  
temporis exiguam partem pars ulla animai,  
sed comes insequitur facile et discedit in  
auras  
et gelidos artus in leti frigore linquit.  
at manet in vita cui mens animusque  
remansit,  
quamvis est circum caesis lacer undique  
membris;  
truncus adempta **anima** circum  
membrisque remota  
vivit et aetherias vitalis suscipit auras;  
si non omnimodis, at magna parte animai  
privatus, tamen in vita cunctatur et  
haeret;  
ut, lacerato oculo circum si pupula mansit  
incolumis, stat cernundi vivata potestas,  
dum modo ne totum corrumpas luminis

staccare  
l'odore senza che se ne distrugga anche la  
natura,  
così non è possibile trarre fuori da tutto il  
corpo  
la natura della mente e dell'anima senza  
che tutto si dissolva.  
Con primi principi così intrecciati tra loro  
fin dalla prima  
origine si sviluppano, dotati di vita con  
sorte comune,  
ed è evidente che le potenze del corpo e  
dell'animo non possono sentire  
separatamente, ciascuna per sé, senza la  
forza dell'altra,  
ma per movimenti comuni tra loro è  
suscitato,  
da entrambe le parti, il senso acceso in noi  
attraverso la carne.  
Inoltre, il corpo da sé né mai si genera,  
né cresce, né dopo la morte si vede  
durare.  
Non come l'acqua, infatti, che spesso  
lascia andar via il calore  
che le fu comunicato, né per ciò è  
sconvolta essa stessa,  
ma rimane intatta, non così, dico, le  
membra abbandonate  
possono sopportare la separazione  
dell'anima,  
ma a fondo sconvolte periscono e cadono  
in putrefazione.  
Così fin dall'inizio della vita il corpo e  
l'anima  
nei mutui contatti apprendono i movimenti  
vitali, quando  
sono ancora nascosti nelle membra e nel  
grembo della madre,  
<si che> la separazione non può avvenire  
senza danno e rovina;  
puoi quindi vedere che, siccome è  
congiunta la causa  
della conservazione, anche la loro natura  
risulta congiunta.  
Del resto, se qualcuno nega che il corpo  
senta  
e crede che sia l'anima che, commista a  
tutto il corpo,  
concepisca questo moto a cui diamo il  
nome di senso,  
egli combatte contro fatti pur veri e  
manifesti.  
Infatti chi mai chiarirà cosa sia il sentire

orbem  
et circum caedas aciem solamque  
relinquas;  
id quoque enim sine pernicie non fiet  
eorum.  
at si tantula pars oculi media illa peresa  
est,  
occidit extemplo lumen tenebraeque  
secuntur,  
incolumis quamvis alioqui splendidus orbis.  
hoc anima atque animus vincti sunt  
foedere semper.

Nunc age, nativos animantibus et  
mortalis  
esse animos animasque levis ut noscere  
possis,  
conquisita diu dulcique reperta labore  
digna tua pergam disponere carmina vita.  
tu fac utrumque uno subiungas nomine  
eorum  
atque animam verbi causa cum dicere  
pergam,  
mortalem esse docens, animum quoque  
dicere credas,  
qua tenus est unum inter se coniunctaque  
res est.

Principio quoniam tenuem constare  
minutis  
corporibus docui multoque minoribus esse  
principiis factam quam liquidus umor aquai  
aut nebula aut fumus; Ænam longe  
mobilitate  
praestat et a tenui causa magis icta  
mouetur,  
quippe ubi imaginibus fumi nebulaeque  
mouetur;  
quod genus in somnis sopiti ubi cernimus  
alte  
exhalare vaporem altaria ferreque fumum;  
nam procul haec dubio nobis simulacra  
geruntur Æ  
nunc igitur quoniam quassatis undique  
vasis  
diffluere umorem et laticem discedere  
cernis,  
et nebula ac fumus quoniam discedit in  
auras,  
crede animam quoque diffundi multoque  
perire  
ocius et citius dissolvi in corpora prima,  
cum semel ex hominis membris ablata  
recessit;  
quippe etenim corpus, quod vas quasi

del corpo,  
se non ciò che ci ha manifestato e  
insegnato la realtà stessa?  
"Ma, quando l'anima se n'è staccata, il  
corpo è del tutto privo  
di senso": esso perde, infatti, ciò che non  
fu suo proprio nella vita,  
e molte altre cose perde quando è cacciato  
fuori della vita.  
Dire poi che gli occhi non possono  
discernere alcuna cosa,  
ma che per essi l'animo guarda come per  
porte aperte,  
è difficile, giacché il senso loro guida in  
parte contraria;  
il senso infatti ci tira e spinge ad attribuire  
la vista alle pupille stesse,  
tanto più che spesso non possiamo  
discernere cose lucenti,  
perché la vista è in noi impedita dalla luce.  
Il che non accade alle porte; giacché gli  
usci, per cui noi guardiamo,  
non subiscono alcun travaglio per il fatto  
che sono aperti.  
D'altronde, se i nostri occhi sono come  
porte, allora,  
è evidente, l'animo, tolti gli occhi,  
dovrebbe discernere meglio  
le cose, giacché sarebbero stati rimossi gli  
stipiti stessi.  
A questo proposito non potresti in alcun  
modo accogliere  
ciò che afferma l'opinione di Democrito,  
uomo venerabile,  
secondo cui i primi principi del corpo e  
dell'animo, giustapposti  
a uno a uno, si susseguono alternandosi e  
intrecciano le membra.  
Giacché, come gli elementi dell'anima sono  
molto minori  
di quelli dei quali constano il nostro corpo  
e le viscere,  
così anche nel numero cedono, e radi sono  
disseminati  
per le membra, sì che per lo meno puoi  
garantire questo:  
quanto son grandi i minimi corpi che  
colpendoci  
possono suscitare nel corpo i moti  
sensiferi, tanto  
sono grandi gl'intervalli che separano gli  
atomi dell'anima.  
Infatti talora non sentiamo l'aderire della

constitit eius,  
cum cohibere nequit conquassatum ex  
aliqua re  
ac rarefactum detracto sanguine venis,  
aëre qui credas posse hanc cohiberier ullo,  
corpore qui nostro rarus magis incohibens  
sit?

Praeterea gigni pariter cum corpore et  
una  
crescere sentimus pariterque senescere  
mentem.

nam vel ut infirmo pueri teneroque  
vagantur  
corpore, sic animi sequitur sententia  
tenvis.

inde ubi robustis adolevit viribus aetas,  
consilium quoque maius et auctior est  
animi vis.

post ubi iam validis quassatum est viribus  
aevi

corpus et obtusis ceciderunt viribus artus,  
claudicat ingenium, delirat lingua [labat]  
mens,

omnia deficiunt atque uno tempore  
desunt.

ergo dissolui quoque convenit omnem  
animai

naturam, ceu fumus, in altas aëris auras;  
quando quidem gigni pariter pariterque  
videmus

crescere et, [ut] docui, simul aevo fessa  
fatisci.

Huc accedit uti videamus, corpus ut  
ipsum

suscipere inmanis morbos durumque  
dolorem,

sic animum curas acris luctumque  
metumque;

quare participem leti quoque convenit  
esse.

quin etiam morbis in corporis avius errat  
saepe animus; dementit enim deliraque  
fatur,

inter dumque gravi lethargo fertur in  
altum

aeternumque soporem oculis nutuque  
cadenti;

unde neque exaudit voces nec noscere  
vultus

illorum potis est, ad vitam qui revocantes  
circum stant lacrimis rorantes ora  
genasque.

quare animum quoque dissolui fateare

polvere al corpo,  
né il posarsi della creta scossa sulle  
membra,  
né sentiamo la nebbia, né i tenui fili del  
ragno

che ci incontrano, quando, camminando,  
ne siamo irretiti,

né che sul capo esso ci ha lasciato cadere  
la sua vizza

spoglia, né le piume degli uccelli o i pappi  
volanti

che per troppa levità cadono per lo più  
tardamente,

né sentiamo l'andare di qualsiasi  
animaletto strisciante,

né una per una le orme delle zampe  
che sul nostro corpo posano le zanzare e  
gli altri insetti.

A tal punto è vero che bisogna in noi  
stimolare molta materia

prima che gli atomi dell'anima,  
frammischiati ai nostri corpi

per le membra, comincino a sentire che gli  
atomi del corpo

sono stati scossi, e prima che, urtandosi in  
questi intervalli,

essi possano scontrarsi, unirsi e rimbalzare  
a vicenda.

E l'animo è quello che più tiene stretti i  
vincoli della vita,

e per la vita vale più che la forza  
dell'anima.

Giacché senza la mente e l'animo non può  
restare nelle membra

neppure per esiguo tratto di tempo alcuna  
parte dell'anima,

ma compagna tien dietro senza ritardo e si  
dilegua nell'aria

e lascia le gelide membra nel freddo della  
morte.

Ma rimane in vita colui a cui la mente e  
l'animo è rimasto.

Sebbene sia un tronco lacerato, con le  
membra tutt'intorno

mutilate, tolta l'anima d'intorno e staccata  
dal corpo,

egli vive e respira i vitali soffi del cielo.

Privato, se non totalmente, di gran parte  
dell'anima,

tuttavia indugia nella vita e vi resta  
attaccato;

come se, lacerato l'occhio d'intorno, la  
pupilla è rimasta

necessesst,  
quandoquidem penetrant in eum contagia  
morbi;  
nam dolor ac morbus leti fabricator  
uterquest,  
multorum exitio perdocti quod sumus  
ante.  
[et quoniam mentem sanari corpus ut  
aegrum  
et pariter mentem sanari corpus inani]  
denique cor, hominem cum vini vis  
penetravit  
acris et in venas discessit diditus ardor,  
consequitur gravitas membrorum,  
praepediuntur  
crura vacillanti, tardescit lingua, madet  
mens,  
nant oculi, clamor singultus iurgia gliscunt,  
et iam cetera de genere hoc quae cumque  
secuntur,  
cur ea sunt, nisi quod vehemens violentia  
vini  
conturbare animam consuevit corpore in  
ipso?  
at quae cumque queunt conturbari inque  
pediri,  
significant, paulo si durior insinuarit  
causa, fore ut pereant aevo privata futuro.  
Quin etiam subito vi morbi saepe  
coactus  
ante oculos aliquis nostros, ut fulminis  
ictu,  
concidit et spumas agit, ingemit et tremitt  
artus,  
desipit, extentat nervos, torquetur,  
anhelat  
inconstanter, et in iactando membra  
fatigat,  
ni mirum quia vis morbi distracta per artus  
turbat agens animam, spumans [ut] in  
aequore salso  
ventorum validis fervescunt viribus undae.  
exprimitur porro gemitus, quia membra  
dolore  
adficiuntur et omnino quod semina vocis  
eliciuntur et ore foras glomerata feruntur  
qua quasi consuerunt et sunt munita viai.  
desipientia fit, quia vis animi atque animai  
conturbatur et, ut docui, divisa seorsum  
disiectatur eodem illo distracta veneno.  
inde ubi iam morbi reflexit causa, reditque  
in latebras acer corrupti corporis umor,  
tum quasi vaccillans primum consurgit et

intatta, permane la vitale facoltà della  
vista,  
purché tu non rovini tutto il globo  
dell'occhio  
e non recida la pupilla d'intorno e la lasci  
isolata;  
giacché anche ciò non potrà avvenire  
senza rovina d'ambidue.  
Ma se quella minuscola parte nel mezzo  
dell'occhio è lesa,  
tramonta subito la luce e susseguono le  
tenebre,  
benché sia incolume in tutto il resto lo  
splendido globo.  
Da tale patto anima ed animo sono avvinti  
per sempre.  
E ora, perché tu possa conoscere che negli  
esseri viventi  
gli animi e le anime lievi sono soggetti a  
nascita e a morte,  
proseguirò ad esporre versi cercati a lungo  
e trovati  
con dolce fatica, degni che ad essi si  
consacri la tua vita.  
Tu procura di comprendere entrambi sotto  
un unico nome  
e se, per esempio, io proseguo a parlare  
dell'anima,  
insegnando che è mortale, pensa che parlo  
anche dell'animo,  
giacché sono, insieme, un'unità e in una  
cosa sola son congiunti.  
Anzitutto, poiché ho insegnato che l'anima  
sottile  
consta di corpi minuti ed è fatta di primi  
principi  
molto più piccoli che il liquido umore  
dell'acqua  
o la nebbia o il fumo - infatti li supera di  
gran lunga  
in mobilità e da più tenue causa spinta si  
muove;  
giacché per immagini di fumo e di nebbia  
si commuove:  
come quando, assopiti nel sonno, vediamo  
gli altari  
in alto esalare vapore e diffondere fumo;  
infatti senza dubbio questi sono simulacri  
che giungono a noi -  
ora dunque, poiché da vasi fracassati vedi  
l'acqua fluir via d'ogni parte e il liquido  
dileguarsi,  
e poiché nebbia e fumo si dileguano

omnis  
paulatim redit in sensus animamque  
receptat.  
haec igitur tantis ubi morbis corpore in  
ipso  
iactentur miserisque modis distracta  
laborent,  
cur eadem credis sine corpore in aëre  
aperto  
cum validis ventis aetatem degere posse?  
Et quoniam mentem sanari corpus ut  
aegrum  
cernimus et flecti medicina posse videmus,  
id quoque praesagit mortalem vivere  
mentem.  
addere enim partis aut ordine traiecere  
aecumst  
aut aliquid prosum de summa detrahere  
hilum,  
commutare animum qui cumque adoritur  
et inquit  
aut aliam quamvis naturam flectere  
quaerit.  
at neque transferri sibi partis nec tribui  
vult  
inmortale quod est quicquam neque  
defluere hilum;  
nam quod cumque suis mutatum finibus  
exit,  
continuo hoc mors est illius quod fuit ante.  
ergo animus sive aegrescit, mortalia signa  
mittit, uti docui, seu flectitur a medicina.  
usque adeo falsae rationi vera videtur  
res occurrere et effugium praecludere  
eunti  
ancipitique refutatu convincere falsum.  
Denique saepe hominem paulatim  
cernimus ire  
et membratim vitalem deperdere sensum;  
in pedibus primum digitos livescere et  
unguis,  
inde pedes et crura mori, post inde per  
artus  
ire alios tractim gelidi vestigia leti.  
scinditur atque animae haec quoniam  
natura nec uno  
tempore sincera existit, mortalis  
habendast.  
quod si forte putas ipsam se posse per  
artus  
introsus trahere et partis conducere in  
unum  
atque ideo cunctis sensum diducere

nell'aria, devi credere  
che anche l'anima si diffonde e molto più  
velocemente  
perisce e più rapidamente si dissolve <nei>  
corpi primi,  
una volta che, strappata dalle membra  
dell'uomo, s'è allontanata.  
In effetti, se il corpo, che per essa è come  
un vaso,  
non può contenerla, quando per qualche  
causa è sconvolto  
o è divenuto rado, perché fu tolto sangue  
alle vene,  
come puoi credere che questa possa mai  
essere contenuta dall'aria,  
che, più rada del nostro corpo, è ancor più  
incapace di contenerla?  
Inoltre sentiamo che la mente nasce  
unitamente  
col corpo e insieme cresce e unitamente  
invecchia.  
Infatti, come i bimbi camminano vacillando  
col corpo malfermo  
e tenero, così a questo s'accompagna un  
debole giudizio della mente.  
Poi, quando si sono irrobustite le forze e  
l'età si è fatta adulta,  
maggiore è anche il senno e aumentato il  
vigore dell'animo.  
Più tardi, quando il corpo è stato ormai  
scosso dalle valide forze  
del tempo e con le forze spente sono  
crollate le membra,  
zoppica l'intelligenza, sproposita la lingua,  
<barcolla> la mente,  
tutto viene meno e ad un tempo svanisce.  
Dunque ne consegue che anche la natura  
dell'anima si dissolve  
tutta, come fumo, per l'aria che spira  
nell'alto;  
giacché vediamo che nascono insieme e  
insieme crescono  
e, <come> ho spiegato, fiaccati dal tempo,  
simultaneamente si sfasciano.  
A ciò si aggiunge che, come vediamo che il  
corpo stesso  
subisce orribili malattie e duro dolore,  
così vediamo che l'animo soffre affanni  
acuti e lutto e paura;  
perciò è naturale che sia partecipe anche  
della morte.  
Anzi, nelle malattie del corpo l'animo  
spesso sviato

membris,  
at locus ille tamen, quo copia tanta animai  
cogitur, in sensu debet maiore videri;  
qui quoniam nusquamst, ni mirum, ut  
diximus [ante>,  
dilaniata foras dispargitur, interit ergo.  
quin etiam si iam libeat concedere falsum  
et dare posse animam glomerari in  
corpore eorum,  
lumina qui lincunt moribundi particulatim,  
mortalem tamen esse animam fateare  
necesse  
nec refert utrum pereat dispersa per auras  
an contracta suis e partibus obbrutescat,  
quando hominem totum magis ac magis  
undique sensus  
deficit et vitae minus et minus undique  
restat.

Et quoniam mens est hominis pars una  
locoque  
fixa manet certo, vel ut aures atque oculi  
sunt  
atque alii sensus qui vitam cumque  
gubernant,  
et vel uti manus atque oculus naresve  
seorsum  
secreta ab nobis nequeunt sentire neque  
esse,  
sed tamen in parvo lincuntur tempore tali,  
sic animus per se non quit sine corpore et  
ipso  
esse homine, illius quasi quod vas esse  
videtur,  
sive aliud quid vis potius coniunctius ei  
fingere, quandoquidem conexu corpus  
adhaeret.

Denique corporis atque animi vivata  
potestas  
inter se coniuncta valent vitaque fruuntur;  
nec sine corpore enim vitalis edere motus  
sola potest animi per se natura nec autem  
cassum anima corpus durare et sensibus  
uti.  
scilicet avolsus radicibus ut nequit ullam  
dispicere ipse oculus rem seorsum corpore  
toto,  
sic anima atque animus per se nil posse  
videtur.  
ni mirum quia [per] venas et viscera  
mixtim,  
per nervos atque ossa tenentur corpore ab  
omni  
nec magnis intervallis primordia possunt

va errando; sragiona infatti il malato e  
parla in delirio,  
e talvolta per grave letargo cade, con gli  
occhi e la testa  
cascanti, in sopore profondo e senza fine,  
da cui non ode le voci, né può riconoscere  
i volti  
di quelli che, cercando di richiamarlo alla  
vita,  
gli stanno attorno e di lacrime bagnano i  
volti e le guance.  
Perciò occorre che tu ammetta che anche  
l'animo si dissolve,  
giacché penetrano in esso contagi di  
malattia.  
Infatti dolore e malattia sono entrambi  
artefici di morte,  
come ci ha già insegnato la fine di molti.  
E poi, perché mai, quando la forza  
sconvolgente del vino  
ha penetrato l'uomo e nelle vene s'è  
sparso e distribuito l'ardore,  
segue gravezza di membra, le gambe gli  
s'inzeppano  
ed egli vacilla, la lingua è torpida, la  
mente s'offusca,  
gli occhi sono smarriti, clamore singulti  
oltraggi crescono,  
e infine tutte le altre cose della stessa  
specie che a queste  
s'accompagnano - perché ciò avviene, se  
non perché la veemente  
violenza del vino suole perturbare l'anima  
nel corpo stesso?  
Ma, qualunque cosa può essere perturbata  
e inceppata,  
mostra che, se una forza un po' più dura vi  
s'insinua,  
perirà, privata di vita ulteriore.  
Anzi, spesso qualcuno, subitamente  
astretto dalla violenza  
della malattia, innanzi ai nostri occhi,  
come colpito  
da un fulmine, stramazza e sbava, geme e  
trema nelle membra,  
farnetica, tende fortemente i muscoli, si  
contorce, anela  
irregolarmente e dibattendosi affatica le  
membra.  
Certamente perché, dilaniata dalla  
violenza della malattia  
per le membra, l'anima è in tumulto e  
sbava, <come> nel salso

libera dissultare, ideo conclusa moventur  
sensiferos motus, quos extra corpus in  
auras  
aëris haut possunt post mortem eiecta  
moveri  
propterea quia non simili ratione tenentur;  
corpus enim atque animans erit aër, si  
cohibere  
sese anima atque in eos poterit concludere  
motus,  
quos ante in nervis et in ipso corpore  
agebat.  
quare etiam atque etiam resoluta corporis  
omni  
tegmine et eiectis extra vitalibus auris  
dissolui sensus animi fateare necessest  
atque animam, quoniam coniunctast causa  
duobus.

Denique cum corpus nequeat perferre  
animai  
discidium, quin in taetro tabescat odore,  
quid dubitas quin ex imo penitusque  
coorta  
emanarit uti fumus diffusa animae vis,  
atque ideo tanta mutatum putre ruina  
concliderit corpus, penitus quia mota loco  
sunt  
fundamenta foras manant animaeque per  
artus  
perque viarum omnis flexus, in corpore qui  
sunt,  
atque foramina? multimodis ut noscere  
possis  
dispertitam animae naturam exisse per  
artus  
et prius esse sibi distractam corpore in  
ipso,  
quam prolapsa foras enaret in aëris auras.

Quin etiam finis dum vitae vertitur  
intra,  
saepe aliqua tamen e causa labefacta  
videtur  
ire anima ac toto solui de corpore [tota]  
et quasi supremo languescere tempore  
volutus  
molliaque exsanguis cadere omnia  
[corpore] membra.  
quod genus est, animo male factum cum  
perhibetur  
aut animam liquisse; ubi iam trepidatur et  
omnes  
extremum cupiunt vitae reprehendere  
vinculum;

mare le onde ribollono per la veemente  
violenza dei venti.

E gli si strappano gemiti, perché le  
membra dal dolore  
sono afflitte e in generale perché i semi  
della voce  
vengono cacciati all'esterno ed escono fuori  
della bocca agglomerati,  
per dove, per così dire, sogliono, e trovano  
fatta la strada.

Il delirio si produce, perché la forza  
dell'animo e dell'anima  
si conturba e, come ho mostrato, divisa in  
parti separate  
è sbattuta qua e là, dilaniata da quello  
stesso veleno.

Poi, quando ormai la causa della malattia  
ha regredito  
e l'acre umore del corpo corrotto è  
ritornato nelle sue latebre,  
allora il malato, quasi vacillando, comincia  
a levarsi e ritorna,  
a poco a poco, alla pienezza dei sensi e  
riprende animo.

Se la mente e l'anima, dunque, da  
malattie sì gravi sono agitate  
nel corpo stesso, e dilaniate soffrono in  
miseri modi,  
come puoi credere che senza corpo,  
all'aria aperta, tra i venti  
violenti le medesime possano proseguire la  
loro vita?

E poiché vediamo che la mente vien  
guarita,  
come il corpo infermo, e può essere  
mutata dalla medicina,  
anche questo preannunzia che la mente ha  
vita mortale.

Infatti è necessario che aggiunga parti o  
ne muti l'ordine  
o detragga dall'insieme qualcosa, sia pure  
in misura affatto minima,  
chiunque tenta e comincia a mutare lo  
stato dell'animo  
o cerca di modificare qualunque altra  
natura.

Ma ciò che è immortale non consente che  
parti gli siano trasposte,  
o qualcosa sia aggiunta o staccata, benché  
minima.

Infatti ogni volta che una cosa si muta ed  
esce dai propri  
termini, subito questo è la morte di ciò che

conquassatur enim tum mens animaeque  
potestas  
omnis. et haec ipso cum corpore  
conlabefiunt,  
ut gravior paulo possit dissolvere causa.

Quid dubitas tandem quin extra prodita  
corpus  
inbecilla foras in aperto, tegmine dempto,  
non modo non omnem possit durare per  
aevom,  
sed minimum quodvis nequeat consistere  
tempus?

nec sibi enim quisquam moriens sentire  
videtur  
ire foras animam incolumem de corpore  
toto,  
nec prius ad iugulum et supera succedere  
fauces,  
verum deficere in certa regione locatam;  
ut sensus alios in parti quemque sua scit  
dissolui. quod si immortalis nostra foret  
mens,  
non tam se moriens dissolvi  
conquereretur,  
sed magis ire foras vestemque relinquere,  
ut anguis.

Denique cur animi numquam mens  
consiliumque  
gignitur in capite aut pedibus manibusve,  
sed unis  
sedibus et certis regionibus omnibus  
haeret,  
si non certa loca ad nascendum reddita  
cuique  
sunt, et ubi quicquid possit durare creatum  
atque ita multimodis partitis artubus esse,  
membrorum ut numquam existat  
praeposterus ordo?  
usque adeo sequitur res rem, neque  
flamma creari  
fluminibus solitast neque in igni gignier  
algor.

Praeterea si immortalis natura animaist  
et sentire potest secreta a corpore nostro,  
quinque, ut opinor, eam faciundum est  
sensibus auctam.  
nec ratione alia nosmet proponere nobis  
possumus infernas animas Acherunte  
vagare.  
pictores itaque et scriptorum saecula priora  
sic animas intro duxerunt sensibus auctas.  
at neque sorsum oculi neque nares nec  
manus ipsa

era prima.

L'animo, dunque, sia che s'ammali, sia che  
venga mutato  
da medicina, manifesta, come ho  
insegnato, la sua mortalità.

A tal punto è evidente che la realtà  
s'oppon

alla falsa dottrina e le preclude ogni via di  
scampo  
e con duplice confutazione ne dimostra la  
falsità.

Ancora, spesso vediamo che un uomo se  
ne va a poco a poco,  
e a membro a membro perde il senso  
vitale;

prima nei piedi illividiscono le dita e le  
unghie,  
poi muoiono i piedi e le gambe, in séguito  
di lì per le altre  
membra procedono via via le orme della  
gelida morte.

Poiché, dunque, si scinde la natura  
<dell'anima> e non viene

fuori intera in un solo istante, dev'esser  
creduta mortale.

E se per caso supponi che da sé stessa  
essa possa ritrarsi,  
attraverso le membra, nell' interno, e  
adunare le sue parti

in un sol punto e in tal modo togliere la  
sensibilità da tutte

le membra, tuttavia quel luogo, ove tanta  
abbondanza d'anima

si raccoglie, dovrebbe mostrarsi dotato di  
sensibilità maggiore;

ma poiché tale luogo non esiste, certo,  
come abbiamo detto <prima>,  
l'anima dilaniata si sparge fuori, qua e là:

dunque muore.

Anzi, quand'anche piaccia concedere il  
falso

e ammettere che l'anima possa  
agglomerarsi nel corpo

di quelli che moribondi lasciano la luce a  
parte a parte,

è tuttavia necessario che tu riconosca che  
l'anima è mortale,

né importa se perisca dispersa per l'aria  
o se, contrattasi ritraendosi dalle sue varie

parti, istupidisca,

giacché a tutto l'uomo, più e più, da ogni  
parte il senso

manca, e in ogni parte resta meno e meno

esse potest animae neque sorsum lingua  
neque aures;  
haud igitur per se possunt sentire neque  
esse.

Et quoniam toto sentimus corpore  
inesse  
vitalem sensum et totum esse animale  
videmus,  
si subito medium celeri praeciderit ictu  
vis aliqua, ut sorsum partem secernat  
utramque,  
dispertita procul dubio quoque vis animai  
et discissa simul cum corpore dissocietur.  
at quod scinditur et partis discedit in ulla,  
scilicet aeternam sibi naturam abnuit esse.  
falciferos memorant currus abscidere  
membra  
saepe ita de subito permixta caede  
calentis,  
ut tremere in terra videatur ab artibus id  
quod  
decidit abscisum, cum mens tamen atque  
hominis vis  
mobilitate mali non quit sentire dolorem;  
et simul in pugnae studio quod dedita  
mens est,  
corpore relicuo pugnam caedesque  
petessit,  
nec tenet amissam laevam cum tegmine  
saepe  
inter equos abstraxe rotas falcesque  
rapaces,  
nec cecidisse alius dextram, cum scandit  
et instat.  
inde alius conatur adempto surgere crure,  
cum digitos agitatur propter moribundus  
humi pes.  
et caput abscisum calido viventeque  
trunco  
servat humi voltum vitalem oculosque  
patentis,  
donec reliquias animai reddidit omnes.  
quin etiam tibi si, lingua vibrante, minanti  
serpentis cauda, procero corpore,  
utrumque  
sit libitum in multas partis discidere ferro,  
omnia iam sorsum cernes ancisa recenti  
volnere tortari et terram conspargere  
tabo,  
ipsam seque retro partem petere ore  
priorem,  
volneris ardenti ut morsu premat icta  
dolore.

di vita.

E poiché la mente è una delle parti  
dell'uomo, che resta  
fissa in un luogo determinato, come sono  
orecchie e occhi  
e tutti gli altri sensi che governano la vita:  
se una mano e un occhio o il naso, una  
volta staccati  
da noi e separati, non possono sentire, né  
esistere,  
ma per contro in breve tempo si  
dissolvono in putrefazione,  
parimenti l'animo non può esistere di per  
sé, senza il corpo  
e l'uomo stesso, che appare essere come  
un vaso dell'animo  
o qualsiasi altra cosa tu preferisca  
immaginare più congiunta  
con esso, giacché ad esso con stretto  
legame il corpo aderisce.  
Ancora, le facoltà vitali del corpo e  
dell'anima  
per vicendevole connessione hanno vigore  
e godono della vita;  
né senza il corpo, infatti, da sola la natura  
dell'animo  
può di per sé produrre i moti della vita, né  
dal canto suo  
il corpo privo d'anima può durare e servirsi  
dei sensi.  
è evidente: come, avulso dalle radici, non  
può l'occhio  
scorgere alcuna cosa da solo, staccato da  
tutto il resto del corpo,  
così si vede che l'anima e l'animo di per sé  
non possono nulla.  
Senza dubbio, poiché, mescolati <per>  
vene e visceri,  
per nervi ed ossa, i loro primi principi sono  
trattenuti  
da tutto il corpo, né possono balzar qua e  
là, liberi,  
a grandi distanze - per questo rinchiusi si  
muovono  
con moti sensiferi, che essi, fuori del  
corpo, scacciati  
tra i venti, dopo la morte non possono  
produrre,  
perché non sono trattenuti nello stesso  
modo.  
Corpo infatti, e per di più essere animato,  
sarà l'aria, se l'anima  
potrà mantenervisi unita e chiudersi in

omnibus esse igitur totas dicemus in illis  
particulis animas? at ea ratione sequetur  
unam animantem animas habuisse in  
corpore multas.

ergo divisast ea quae fuit una simul cum  
corpore; quapropter mortale utrumque  
putandumst,  
in multas quoniam partis disciditur aequae.

Praeterea si immortalis natura animai  
constat et in corpus nascentibus  
insinuat,ur,  
cur super ante actam aetatem meminisse  
nequimus

[interisse et quae nunc est nunc esse  
creatam]

nec vestigia gestarum rerum ulla  
tenemus?

nam si tanto operest animi mutata  
potestas,  
omnis ut actarum exciderit retinentia  
rerum,  
non, ut opinor, id ab leto iam longius  
errat;

qua propter fateare necessest quae fuit  
ante  
interiisse, et quae nunc est nunc esse  
creatam.

Praeterea si iam perfecto corpore nobis  
inferri solitast animi vivata potestas  
tum cum gignimur et vitae cum limen  
inimus,  
haud ita conveniebat uti cum corpore et  
una  
cum membris videatur in ipso sanguine  
cresce,  
sed vel ut in cavea per se sibi vivere solam  
convenit, ut sensu corpus tamen affluat  
omne.

quare etiam atque etiam neque originis  
esse putandumst

expertis animas nec leti lege solutas;  
nam neque tanto opere adnecti potuisse  
putandumst

corporibus nostris extrinsecus insinuat,as,  
quod fieri totum contra manifesta docet  
res

Ænamque ita conexa est per venas viscera  
nervos

ossaque, uti dentes quoque sensu  
participentur;

morbis ut indicat et gelidai stringor aquai  
et lapis oppressus subitis e frugibus  
asperÆ

quei movimenti  
che prima compiva nei nervi e dentro il  
corpo stesso.

Perciò, ancora e ancora, una volta che sia  
dissolto tutto

il riparo del corpo e scacciato fuori il soffio  
della vita,

è necessario, devi ammetterlo, che il  
senso dell'animo e l'anima

si dissolvano, giacché per questi e il corpo  
la causa è congiunta.

Ancora, poiché il corpo non può sopportare  
la separazione

dell'anima senza putrefarsi in un odore  
ripugnante,

come puoi dubitare che, levatasi dal  
profondo e dall'intimo,

la forza dell'anima sia esalata e si sia  
dispersa come fumo,

e che il corpo, mutato da tanta rovina, sia  
caduto in sfacelo

per ciò, perché nel profondo sono state  
smosse dalla sede

le fondamenta, con l'esalare dell'anima  
fuori, per le membra

e per tutte le tortuosità dei meati, che  
sono nel corpo,

e attraverso i pori? Sicché in molti modi  
puoi conoscere

che divisa in parti la natura dell'anima è  
uscita per le membra,

e dentro il corpo stesso s'era già da sé  
dilaniata

prima che, scivolando via, andasse a  
volare tra i venti.

Anzi, mentre ancora si volge dentro i  
confini della vita,

l'anima tuttavia sovente, scossa da  
qualche causa,

sembra andarsene e <volere> sciogliersi da  
tutto il corpo,

e il volto sembra invaso dal languore  
dell'ora estrema,

e molli dal corpo esangue cadere tutte le  
membra.

In tale stato è colui di cui si dice che s'è  
sentito male

o che è caduto in deliquio; e già si trepida  
e tutti

agognano riallacciare l'estremo vincolo  
della vita.

Sono scossi, infatti, allora la mente e il  
potere dell'anima

nec, tam contextae cum sint, exire videntur incolumes posse et salvas exsolvere sese omnibus e nervis atque ossibus articulisque, quod si forte putas extrinsecus insinuatam permanere animam nobis per membra solere, tanto quique magis cum corpore fusa peribit; quod permanat enim, dissolvitur, interit ergo; dispertitur enim per caulas corporis omnis. ut cibus, in membra atque artus cum diditur omnis, disperit atque aliam naturam sufficit ex se, sic anima atque animus quamvis [est] integra recens [in] corpus eunt, tamen in manando dissoluuntur, dum quasi per caulas omnis diduntur in artus particulae quibus haec animi natura creatur, quae nunc in nostro dominatur corpore nata ex illa quae tunc periiit partita per artus. quapropter neque natali privata videtur esse die natura animae nec funeris expers.

Semina praeterea linquntur necne animai corpore in exanimo? quod si lincuntur et insunt, haut erit ut merito immortalis possit haberi, partibus amissis quoniam libata recessit. sin ita sinceris membris ablata profugit, ut nullas partis in corpore liquerit ex se, unde cadavera rancenti iam viscere vermes expirant atque unde animantum copia tanta exos et exanguis tumidos perfluctuat artus? quod si forte animas extrinsecus insinuari? vermibus et privas in corpora posse venire credis nec reputas cur milia multa animarum convenient unde una recesserit, hoc tamen est ut quaerendum videatur et in discrimen agendum, utrum tandem animae venentur semina

interamente, e col corpo stesso essi stanno per sfasciarsi; sì che una causa un po' più grave può dissolverli. E puoi ancora dubitare che l'anima, cacciata via dal corpo, debole com'è, fuori, all'aperto, priva del suo riparo, non solo non possa durare in perpetuo, ma sia anche incapace di sussistere per un qualsiasi minimo tempo? E infatti non si vede alcuno che morendo senta l'anima sua andar fuori dal corpo intero intatta, o salirgli prima alla gola e più sopra, alle fauci; sente invece che essa vien meno lì dov'è collocata, in una sede determinata; così come sa che gli altri sensi si dissolvono ognuno nella propria parte. Ma, se la nostra mente fosse immortale, non tanto, morendo, si lamenterebbe di dissolversi: piuttosto <si rallegrerebbe> d'andar fuori e lasciare la spoglia, come una serpe. Ancora, perché la mente e il senno dell'animo non nascono mai nel capo o nei piedi o nelle mani, ma sono per tutti gli uomini fissati in un'unica sede e in una determinata regione, se non perché determinati luoghi sono assegnati a ogni cosa per la nascita, e dove ognuna, una volta che sia creata, possa durare ed avere le varie parti così ripartite che l'ordine delle membra non appaia mai sovvertito? Tanto è vero che una cosa segue a un'altra cosa, né suole la fiamma esser prodotta dai fiumi, né il gelo nascere nel fuoco. Inoltre, se la natura dell'anima è immortale e può sentire dopo essere stata disgiunta dal nostro corpo, di cinque sensi, a quel ch'io credo, bisogna supporla dotata. Né in altro modo noi possiamo

quaeque  
vermiculorum ipsaeque sibi fabricentur ubi  
sint,  
an quasi corporibus perfectis insinuentur.  
at neque cur faciant ipsae quareve  
laborent  
dicere suppeditat. neque enim, sine  
corpore cum sunt,  
sollicitae volitant morbis alguque fameque;  
corpus enim magis his vitiis adfines laborat,  
et mala multa animus contagio fungitur  
eius.  
sed tamen his esto quamvis facere utile  
corpus,  
cum subeant; at qua possint via nulla  
videtur.  
haut igitur faciunt animae sibi corpora et  
artus.  
nec tamen est ut qui [cum] perfectis  
insinuentur  
corporibus; neque enim poterunt subtiliter  
esse  
conexae neque consensu contagia fient.  
Denique cur acris violentia triste  
leonum  
seminium sequitur, volpes dolus, et fuga  
cervos?  
a patribus datur et [a] patrius pavor incitat  
artus,  
et iam cetera de genere hoc cur omnia  
membris  
ex ineunte aevo generascunt ingenioque,  
si non, certa suo quia semine seminioque  
vis animi pariter crescit cum corpore  
quoque?  
quod si immortalis foret et mutare soleret  
corpora, permixtis animantes moribus  
essent,  
effugeret canis Hyrcano de semine saepe  
cornigeri incursum cervi tremereque per  
auras  
aëris accipiter fugiens veniente columba,  
desiperent homines, saperent fera saecula  
ferarum.  
illud enim falsa fertur ratione, quod aiunt  
inmortalem animam mutato corpore flecti;  
quod mutatur enim, dissolvitur, interit  
ergo;  
traiciuntur enim partes atque ordine  
migrant;  
quare dissolui quoque debent posse per  
artus,  
denique ut intereant una cum corpore

rappresentarci  
le anime d'inferno vaganti lungo  
l'Acheronte.  
Pertanto i pittori e le precedenti  
generazioni di scrittori  
presentarono le anime così, dotate di  
sensi.  
Ma né occhi, né nari e neppure mani può  
aver l'anima separata  
dal corpo, né può aver lingua, né orecchie  
separata dal corpo;  
dunque, non possono le anime per sé sole  
sentire, né esistere.  
E, poiché sentiamo che il senso vitale è  
presente  
in tutto il corpo e vediamo che questo è  
tutto animato,  
se subitamente a mezzo lo recide con  
celere colpo  
qualche forza, sì da disgiungere del tutto  
l'una e l'altra parte,  
fuor di dubbio anche la forza dell'anima  
spartita  
e scissa insieme col corpo sarà disunita.  
Ma ciò che viene scisso e si divide in parti,  
evidentemente nega di avere una natura  
eterna.  
Si narra che carri armati di falci, caldi di  
confusa strage,  
spesso recidano le membra così  
subitamente  
che tremare in terra si vede ciò che dagli  
arti è caduto  
reciso, mentre tuttavia la mente e la forza  
dell'uomo  
non possono sentire il dolore per la  
subitaneità del colpo  
e insieme perché la mente è presa dalla  
passione della battaglia:  
col resto del corpo egli tende alla battaglia  
e alle stragi,  
e spesso non s'accorge d'aver perduto la  
mano sinistra con lo scudo  
e che tra i cavalli l'han travolta le ruote e  
le falci rapaci;  
un altro non s'accorge che gli è caduta la  
destra, mentre s'arrampica e incalza.  
D'altra parte un altro tenta di drizzarsi  
sulla gamba mozzata,  
mentre lì presso, sul suolo, il piede  
moribondo agita le dita.  
E una testa recisa da un tronco caldo e  
vivente

cunctae.  
sin animas hominum dicent in corpora  
semper  
ire humana, tamen quaeram cur e sapienti  
stulta queat fieri, nec prudens sit puer  
ullus,  
[si non, certa suo quia semine  
seminioque]  
nec tam doctus equae pullus quam fortis  
equi vis.  
scilicet in tenero tenerascere corpore  
mentem  
confugient. quod si iam fit, fateare  
necesses  
mortalem esse animam, quoniam mutata  
per artus  
tanto opere amittit vitam sensumque  
priorem.  
quove modo poterit pariter cum corpore  
quoque  
confirmata cupitum aetatis tangere florem  
vis animi, nisi erit consors in origine  
prima?  
quidve foras sibi vult membris exire  
senectis?  
an metuit conclusa manere in corpore  
putri  
et domus aetatis spatio ne fessa vetusto  
obruat? at non sunt immortalis ulla pericla.  
Denique conubia ad Veneris partusque  
ferarum  
esse animas praesto deridiculum esse  
videtur,  
expectare immortalis mortalia membra  
innumero numero certareque  
praeproperanter  
inter se quae prima potissimaque  
insinuetur;  
si non forte ita sunt animarum foedera  
pacta,  
ut quae prima volans advenerit insinuetur  
prima neque inter se contendant viribus  
hilum.  
Denique in aethere non arbor, non  
aequore in alto  
nubes esse queunt nec pisces vivere in  
arvis  
nec cruor in lignis neque saxis sucus  
inesse.  
certum ac dispositumst ubi quicquid  
crescat et insit.  
sic animi natura nequit sine corpore oriri  
sola neque a nervis et sanguine longius

conserva sul suolo il volto della vita e gli  
occhi aperti,  
finché non ha esalato del tutto i resti  
dell'anima.  
Anzi, se d'un serpente che ha lingua  
vibrante,  
minacciosa coda, lungo corpo, ti piace  
fendere col ferro  
le due parti in molti pezzi, vedrai poi tutti i  
brani  
tagliati contorcersi per la fresca ferita  
ciascuno separatamente e cospargere di  
putredine la terra,  
e la parte anteriore voltarsi e avventarsi  
con la bocca su sé stessa  
per stringersi col morso, trafitta  
dall'ardente dolore della ferita.  
Diremo dunque che in tutti quei pezzetti  
vi sono anime intere? Ma, ragionando così,  
seguirà  
che un unico essere vivente aveva nel  
corpo molte anime.  
Dunque, quell'anima, che fu una, è stata  
divisa insieme  
col corpo; perciò bisogna credere che  
entrambi sono mortali,  
poiché ugualmente si scindono in molte  
parti.  
Inoltre, se la natura dell'anima è  
immortale  
e s'insinua nel corpo al momento della  
nascita,  
perché non possiamo ricordare anche la  
vita trascorsa prima,  
né serbiamo alcuna traccia delle azioni in  
essa compiute?  
Giacché, se la facoltà dell'animo è mutata  
a tal punto  
che ogni ricordo delle cose passate è  
svanito,  
tale stato, io credo, non si scosta ormai  
molto dalla morte.  
Perciò bisogna che tu ammetta che l'anima  
di prima è perita  
e quella che c'è in quest'età, in quest'età è  
stata creata.  
Inoltre, se la facoltà vitale dell'animo suole  
introdursi  
in noi dopo che il nostro corpo è già  
formato,  
nello stesso punto in cui nasciamo e  
passiamo la soglia  
della vita, non dovremmo, in tal caso,

esse.  
quod si posset enim, multo prius ipsa  
animi vis  
in capite aut umeris aut imis calcibus esse  
posset et innasci quavis in parte soleret,  
tandem in eodem homine atque in eodem  
vase manere.  
quod quoniam nostro quoque constat  
corpore certum  
dispositumque videtur ubi esse et crescere  
possit  
sorsum anima atque animus, tanto magis  
infitiandum  
totum posse extra corpus durare genique.  
quare, corpus ubi interiit, periisse  
necessesit  
confiteare animam distractam in corpore  
toto.  
quippe etenim mortale aeterno iungere et  
una  
consentire putare et fungi mutua posse  
desiperest; quid enim diversius esse  
putandumst  
aut magis inter se disiunctum  
discrepitansque,  
quam mortale quod est immortalis atque  
perenni  
iunctum in concilio saevas tolerare  
procellas?  
praeterea quaecumque manent aeterna  
necessesit  
aut quia sunt solido cum corpore respuere  
ictus  
nec penetrare pati sibi quicquam quod  
queat artas  
dissociare intus partis, ut materiai  
corpora sunt, quorum naturam ostendimus  
ante,  
aut ideo durare aetatem posse per  
omnem,  
plagarum quia sunt expertia sicut inanest,  
quod manet intactum neque ab ictu  
fungitur hilum,  
aut etiam quia nulla loci sit copia circum,  
quo quasi res possint discedere  
dissoluique,  
sicut summarum summast aeterna, neque  
extra  
quis locus est quo diffugiant neque corpora  
sunt quae  
possint incidere et valida dissolvere plaga.  
Quod si forte ideo magis immortalis  
habendast,

vederla crescere insieme  
col corpo e unitamente con le membra  
nello stesso sangue,  
ma dovrebbe vivere come in una gabbia,  
per sé, da sé sola,  
lasciando tuttavia abbondare di sensibilità  
tutto il corpo.  
Quindi, ancora e ancora, non bisogna  
credere che le anime  
siano esenti dal nascere, né sciolte dalla  
legge di morte.  
Infatti non si può credere che abbiano  
potuto a tal punto  
connettersi coi nostri corpi insinuandovisi  
dall'esterno.  
La realtà manifesta insegna che avviene  
tutto il contrario;  
giacché l'anima è così connessa per vene,  
carni, nervi  
ed ossa che anche i denti son partecipi del  
senso;  
come dimostrano il mal di denti e la loro  
fitta per acqua gelata  
e l'urto d'un aspro sassolino che si  
nasconde in un pezzo di pane.  
D'altronde, essendo le anime così  
intrecciate, non si vede  
come possano uscire incolumi e  
disciogliersi sane e salve  
da tutti i nervi e le ossa e le articolazioni.  
Ma, se per caso credi che, insinuatasi  
dall'esterno,  
l'anima soglia spandersi per le nostre  
membra,  
tanto più essa perirà, essendo sparsa  
attraverso il corpo.  
Giacché ciò che si spande, si dissolve:  
dunque muore.  
Infatti, come il cibo, ripartito per tutti i  
meati del corpo,  
quando si propaga nelle membra e in tutti  
gli arti,  
perisce e da sé fornisce una nuova  
sostanza,  
così l'anima e l'animo, seppure entrano  
intatti <nel> corpo  
appena nato, tuttavia nello spandervisi si  
dissolvono,  
mentre per tutti i meati, per così dire, si  
spargono negli arti  
le particelle da cui si crea questa natura  
dell'animo,  
che ora domina nel nostro corpo, nata

quod vitalibus ab rebus munita tenetur,  
aut quia non veniunt omnino aliena  
salutis,  
aut quia quae veniunt aliqua ratione  
recedunt  
pulsata prius quam quid noceant sentire  
queamus,

\* \* \*

praeter enim quam quod morbis cum  
corporis aegret,  
advenit id quod eam de rebus saepe  
futuris  
macerat inque metu male habet curisque  
fatigat,  
praeteritisque male admissis peccata  
remordent.  
adde furorem animi proprium atque obliviam  
rerum,  
adde quod in nigras lethargi mergitur  
undas.

Nil igitur mors est ad nos neque  
pertinet huiusmodi,  
quandoquidem natura animi mortalis  
habetur.  
et vel ut ante actum nihil tempore sensimus  
aegri,  
ad confligendum venientibus undique  
Poenis,  
omnia cum belli trepido concussa tumultu  
horrida contremuere sub altis aetheris  
auris,  
in dubioque fuere utrorum ad regna  
cadendum  
omnibus humanis esset terraque marique,  
sic, ubi non erimus, cum corporis atque  
animi  
discidium fuerit, quibus et sumus uniter  
apti,  
scilicet haud nobis quicquam, qui non  
erimus tum,  
accidere omnino poterit sensumque  
movere,  
non si terra mari miscebitur et mare caelo.  
et si iam nostro sentit de corpore  
postquam  
distractast animi natura animaeque  
potestas,  
nil tamen est ad nos, qui compectu  
coniugioque  
corporis atque animae consistimus uniter  
apti.  
nec, si materiam nostram collegerit aetas  
post obitum rursumque redegerit ut sita

da quella che allora perì ripartita tra gli  
arti.

Quindi si vede che la natura dell'anima  
non è priva  
del giorno natale, né è esente dalla morte.  
Inoltre, restano semi dell'anima nel corpo  
esanime, o no? Che se restano e stanno lì  
dentro,  
non si potrà a ragione crederla immortale,  
poiché sminuita dalla perdita di parti s'è  
dipartita.

Ma se con integre membra s'è staccata ed  
è fuggita via,  
sì da non lasciare alcuna parte di sé nel  
corpo,  
dove mai i cadaveri, quando la carne è  
già putrida, danno vita  
a vermi, e come mai una sì grande folla di  
esseri viventi,  
senza ossa e senza sangue, brulica su per  
gli arti tumefatti?

Che se per caso credi che dall'esterno le  
anime s'insinuino  
nei vermi e ad una ad una possano  
introdursi nei corpi,  
e non consideri perché mai molte migliaia  
di anime  
s'adunino là donde è partita una sola,  
tuttavia c'è questo  
che sembra debba essere investigato e  
messo in discussione:  
se finalmente le anime vadano in caccia di  
ogni seme  
di vermiciattolo, e da sé si fabbrichino sedi  
per starvi dentro,  
oppure s'insinuino, per così dire, in corpi  
già formati.

Ma perché esse lo facciano o perché  
s'affatichino,  
non è possibile dire. E infatti, quando sono  
senza corpo,  
non svolazzano assillate da malattie e da  
gelo e da fame.

Giacché il corpo, più soggetto a tali  
afflizioni, più ne soffre,  
e molti mali l'animo subisce per il contatto  
con esso.

Ma tuttavia ammettiamo che per queste  
sia quanto si voglia utile  
farsi un corpo in cui entrare; non si vede  
però alcuna via  
per cui lo possano. Dunque le anime non  
fanno per sé corpi e arti.

nunc est,  
atque iterum nobis fuerint data lumina  
vitae,  
pertineat quicquam tamen ad nos id  
quoque factum,  
interrupta semel cum sit repetentia nostri.  
et nunc nil ad nos de nobis attinet, ante  
qui fuimus, [neque] iam de illis nos adficit  
angor.  
nam cum respicias inmensi temporis omne  
praeteritum spatium, tum motus materiai  
multimodi quam sint, facile hoc adcredere  
possis,  
semina saepe in eodem, ut nunc sunt,  
ordine posta  
haec eadem, quibus e nunc nos sumus,  
ante fuisse.  
nec memori tamen id quimus  
reprehendere mente;  
inter enim iectast vitae pausa vageque  
deerrarunt passim motus ab sensibus  
omnes.  
debet enim, misere si forte aegreque  
futurumst;  
ipse quoque esse in eo tum tempore, cui  
male possit  
accidere. id quoniam mors eximit, esseque  
prohibet  
illum cui possint incommoda conciliari,  
scire licet nobis nihil esse in morte  
timendum  
nec miserum fieri qui non est posse, neque  
hilum  
differre an nullo fuerit iam tempore natus,  
mortalem vitam mors cum immortalis  
ademit.

Proinde ubi se videas hominem  
indignarier ipsum,  
post mortem fore ut aut putescat corpore  
posto  
aut flammis interfiat malisve ferarum,  
scire licet non sincerum sonere atque  
subesse  
caecum aliquem cordi stimulum, quamvis  
neget ipse  
credere se quemquam sibi sensum in  
morte futurum;  
non, ut opinor, enim dat quod promittit et  
unde  
nec radicitus e vita se tollit et eicit,  
sed facit esse sui quiddam super inscius  
ipse.  
vivus enim sibi cum proponit quisque

Né tuttavia può essere che s'insinuino in  
corpi già formati;  
giacché non potranno essere intimamente  
connesse con quelli,  
né si produrrà l'armonia per  
corrispondenza di sensi.  
E ancora, perché la feroce violenza  
s'accompagna alla funesta  
stirpe dei leoni, l'astuzia alle volpi, e  
l'inclinazione alla fuga  
viene ai cervi trasmessa dai padri e la  
paterna paura ne stimola le membra?  
E in breve, perché tutte le altre qualità di  
questo genere  
si generano nelle membra e nell'indole dal  
principio della vita,  
se non perché insieme con ogni corpo  
cresce un potere  
dell'animo determinato secondo il suo  
seme e la stirpe?  
Ma, se l'anima fosse immortale e solesse  
passare da un corpo  
in un altro, gli esseri viventi avrebbero  
caratteri confusi,  
spesso il cane di razza ircana fuggirebbe  
l'assalto  
d'un cornuto cervo, e tra i venti dell'aria lo  
sparviero,  
fuggendo all'arrivo della colomba,  
tremerebbe, sarebbero privi  
di ragione gli uomini, ragionerebbero le  
selvagge stirpi delle fiere.  
Giacché con falso ragionare si procede,  
quando s'afferma  
che l'anima immortale mutando corpo si  
modifica.  
Ciò che si muta, infatti, si dissolve:  
dunque muore.  
Si traspongono infatti le parti ed escono  
dal loro ordine;  
perciò devono anche potersi dissolvere  
nelle membra,  
per morire alfine tutte insieme col corpo.  
Se poi diranno che le anime degli uomini  
trasmigrano sempre  
in corpi umani, domanderò tuttavia perché  
di sapiente  
l'anima possa diventare stolta, e nessun  
bimbo sia avveduto,  
né il puledro sia addestrato come il cavallo  
nel pieno del vigore.  
Certo ricorreranno a questo espediente:  
che in tenero corpo

futurum,  
corpus uti volucres lacerent in morte  
feraeque,  
ipse sui miseret; neque enim se dividit  
illim  
nec removet satis a proiecto corpore et  
illum  
se fingit sensuque suo contaminat astans.  
hinc indignatur se mortalem esse creatum  
nec videt in vera nullum fore morte alium  
se,  
qui possit vivus sibi se lugere peremptum  
stansque iacentem [se] lacerari urive  
dolere.  
nam si in morte malumst malis morsuque  
ferarum  
tractari, non invenio qui non sit acerbum  
ignibus inpositum calidis torrescere  
flammis  
aut in melle situm suffocari atque rigere  
frigore, cum summo gelidi cubat aequore  
saxi,  
urgerive superne obrutum pondere terrae.  
'Iam iam non domus accipiet te laeta  
neque uxor  
optima, nec dulces occurrent oscula nati  
praeripere et tacita pectus dulcedine  
tangunt.  
non poteris factis florentibus esse tuisque  
praesidium. misero misere' aiunt 'omnia  
ademit  
una dies infesta tibi tot praemia vitae.'  
illud in his rebus non addunt 'nec tibi  
earum  
iam desiderium rerum super insidet una.'  
quod bene si videant animo dictisque  
sequantur,  
dissoluant animi magno se angore  
metuque.  
'tu quidem ut es leto sopitus, sic eris aevi  
quod super est cunctis privatus doloribus  
aegris;  
at nos horrifico cinefactum te prope busto  
insatiabiliter deflevimus, aeternumque  
nulla dies nobis maerorem e pectore  
demet.'  
illud ab hoc igitur quaerendum est, quid sit  
amari  
tanto opere, ad somnum si res redit atque  
quietem,  
cur quisquam aeterno possit tabescere  
luctu.  
Hoc etiam faciunt ubi discubere

si fa tenera la mente. Ma, se ciò davvero  
avviene, bisogna  
che tu ammetta che l'anima è mortale,  
poiché, mutata  
per le membra a tal punto, perde la vita e  
il senso di prima.  
E in qual modo il vigore dell'animo potrà,  
rinsaldandosi  
insieme con ogni corpo, attingere il  
desiderato fiore della vita,  
se non sarà partecipe della stessa sorte  
nell'origine prima?  
E perché se ne vuole uscire fuori dalle  
membra invecchiate?  
Forse teme di rimanere rinchiuso in un  
corpo putrido  
e che la casa, rovinata dal lungo tratto di  
tempo, gli crolli  
addosso? Ma per ciò che è immortale non  
esistono pericoli.  
Ancora, sembra cosa ridicola immaginare  
che le anime  
facciano la posta ai connubi di Venere e ai  
parti delle fiere;  
che anime immortali aspettino mortali  
membra  
in numero innumerevole e gareggino con  
straordinaria fretta  
tra loro a chi prima e prevalendo sulle  
altre s'insinui;  
salvo che, per caso, siano stabiliti tra le  
anime patti  
per cui quella che prima sia a volo arrivata  
per prima s'insinui  
e quindi non contendano affatto tra loro  
con la violenza.  
Ancora, non può esistere nel cielo un  
albero, né nel mare  
profondo nuvole, non possono i pesci  
vivere nei campi,  
né esserci sangue nel legno, né succo nei  
sassi.  
è determinato e disposto dove ogni cosa  
cresca e abbia sede.  
Così la natura dell'animo non può nascere  
sola,  
senza il corpo, né esistere lontano dai  
nervi e dal sangue.  
Se lo potesse, infatti, molto prima la  
stessa forza dell'animo  
potrebbe essere nel capo o negli omeri o  
in fondo ai talloni  
e sarebbe solita nascere in qualsiasi parte,

tenentque  
pocula saepe homines et inumbrant ora  
coronis,  
ex animo ut dicant: 'brevis hic est fructus  
homullis;  
iam fuerit neque post umquam revocare  
licebit.'  
tam quam in morte mali cum primis hoc  
sit eorum,  
quod sitis exurat miseros atque arida  
torrat,  
aut aliae cuius desiderium insideat rei.  
nec sibi enim quisquam tum se vitamque  
requirit,  
cum pariter mens et corpus sopita  
quiescunt;  
nam licet aeternum per nos sic esse  
soporem,  
nec desiderium nostri nos adficit ullum,  
et tamen haud quaquam nostros tunc illa  
per artus  
longe ab sensiferis primordia motibus  
errant,  
cum correptus homo ex somno se colligit  
ipse.  
multo igitur mortem minus ad nos esse  
putandumst,  
si minus esse potest quam quod nihil esse  
videmus;  
maior enim turbae disiectus materiai  
consequitur leto nec quisquam expergitus  
extat,  
frigida quem semel est vitae pausa secuta.  
Denique si vocem rerum natura  
repente.  
mittat et hoc alicui nostrum sic increpet  
ipsa:  
'quid tibi tanto operest, mortalis, quod  
nimis aegris  
luctibus indulges? quid mortem congemis  
ac fles?  
nam [si] grata fuit tibi vita ante acta  
priorque  
et non omnia pertusum congesta quasi in  
vas  
commoda perfluxere atque ingrata  
interiere;  
cur non ut plenus vitae conviva recedis  
aequo animoque capis securam, stulte,  
quietem?  
sin ea quae fructus cumque es periere  
profusa  
vitaque in offensost, cur amplius addere

ma in fin dei conti  
rimanere nello stesso uomo e nello stesso  
vaso.  
Ora, poiché anche nel nostro corpo è  
fermamente determinato  
e si vede disposto dove possano esistere e  
crescere  
separatamente l'anima e l'animo, tanto più  
si deve negare  
che fuori da tutto il corpo possano nascere  
o durare.  
Perciò, quando il corpo è morto, devi  
ammettere  
che anche l'anima è perita, dilaniata in  
tutto il corpo.  
Giacché congiungere il mortale all'eterno e  
credere  
che possano sentire in comune e avere  
reazioni reciproche,  
è follia. Infatti cosa mai si può credere più  
contrastante  
o più sconnesso e discordante nelle sue  
relazioni  
che l'unione di ciò che è mortale con ciò  
che è immortale  
e perenne in un aggregato che sopporti  
furiose tempeste?  
Inoltre, tutte le cose che permangono  
eterne è necessario  
o che respingano gli urti perché hanno  
corpo solido  
e non si lascino penetrare da qualcosa che  
possa dissociare  
nell'interno le parti strettamente unite,  
quali sono i corpi  
della materia, di cui prima abbiamo  
rivelato la natura;  
oppure che possano durare per ogni tempo  
per questo,  
perché sono esenti da colpi, come è il  
vuoto,  
che rimane intatto e non subisce il minimo  
urto,  
o anche perché intorno non si trova tratto  
di spazio  
ove, in qualche modo, le cose possano  
sperdersi e dissolversi;  
così è eterna la somma delle somme, fuori  
della quale  
non c'è luogo ove le cose si dileguino, né  
ci son corpi  
che possano cadere su di esse e con forte  
colpo dissolverle.

quaeris,  
rursum quod pereat male et ingratum  
occidat omne,  
non potius vitae finem facis atque laboris?  
nam tibi praeterea quod machiner  
inveniamque,  
quod placeat, nihil est; eadem sunt omnia  
semper.  
si tibi non annis corpus iam marcet et  
artus  
confecti languent, eadem tamen omnia  
restant,  
omnia si perges vivendo vincere saecla,  
atque etiam potius, si numquam sis  
moriturus',  
quid respondemus, nisi iustam intendere  
litem  
naturam et veram verbis exponere  
causam?  
grandior hic vero si iam seniorque  
queratur  
atque obitum lamentetur miser amplius  
aequo,  
non merito inclamet magis et voce  
increpet acri:  
'aufer abhinc lacrimas, baratre, et  
compesce querellas.  
omnia perfunctus vitae praemia marces;  
sed quia semper aves quod abest,  
praesentia temnis,  
imperfecta tibi elapsast ingrataque vita,  
et nec opinanti mors ad caput adstitit ante  
quam satur ac plenus possis discedere  
rerum.  
nunc aliena tua tamen aetate omnia mitte  
aequo animoque, age dum, magnis  
concede necessis?'  
iure, ut opinor, agat, iure increpet  
inciletque;  
cedit enim rerum novitate extrusa  
vetustas  
semper, et ex aliis aliud reparare  
necessest.

Nec quisquam in baratrum nec Tartara  
deditur atra;  
con sforzi fuori dal ventre della madre alle  
rive della luce,  
e riempie il luogo di un lugubre vagito,  
come è giusto  
per uno che nella vita dovrà passare per  
tanti mali.  
Ma crescono i vari animali domestici, gli  
armenti e le fiere,  
né c'è bisogno di sonaglini, per nessuno  
occorre  
la carezzevole e balbettante voce  
dell'amorevole nutrice,  
né essi richiedono vesti diverse secondo le  
stagioni;  
infine, non hanno bisogno di armi, né di  
alte mura,  
per proteggere i propri averi, giacché per  
tutti tutto  
largamente producono la terra stessa e la  
natura artefice.  
Innanzitutto, poiché il corpo della terra e  
l'acqua  
e i lievi soffi dei venti e i caldi vapori,  
dei quali si vede consistere questo  
universo,  
tutti constano d'un corpo che nasce e che  
muore,  
d'uguale corpo si deve credere consti tutta  
la natura del mondo.  
E infatti le cose, le cui parti e membra  
vediamo  
essere di corpo che nasce e di forme  
mortalì,  
ci appaiono esse stesse costantemente  
mortalì  
e insieme soggette alla nascita. Perciò,  
quando vedo le membra  
grandissime e parti del mondo consumarsi  
e rinascere,  
concludo che anche il cielo e la terra  
ebbero parimenti  
qualche tempo primordiale e subiranno  
distruzione.  
A tale proposito, perché tu non creda che  
io abbia a mio pro carpito  
l'ammissione di quel punto, quando ho  
asserito che la terra e il fuoco

instant, nec loca lux inter quasi rupta  
relinquit:  
usque adeo properanter ab omnibus  
ignibus ei  
exitium celeri celeratur origine flammae.  
sic igitur solem lunam stellasque  
putandum  
ex alio atque alio lucem iactare subortu  
et primum quicquid flammaram perdere  
semper,  
inviolabilia haec ne credas forte vigere.

Denique non lapides quoque vinci cernis  
ab aevo,  
non altas turris ruere et putrescere saxa,  
non delubra deum simulacraque fessa  
fatis  
nec sanctum numen fati protollere finis  
posse neque adversus naturae foedera  
niti?  
denique non monimenta virum dilapsa  
videmus,  
[quaerere proporro, sibi cumque senescere  
credas,]  
non ruere avolsos silices a montibus altis  
nec validas aevi vires perferre patique  
finiti? neque enim caderent avolsa  
repente,  
ex infinito quae tempore pertolerassent  
omnia tormenta aetatis, privata fragore.

Denique iam tuere hoc, circum  
supraque quod omne  
continet amplexu terram: si procreat ex se  
omnia, quod quidam memorant, recipitque  
perempta,  
totum nativum mortali corpore constat.  
nam quod cumque alias ex se res auget  
alitque,  
deminui debet, recreari, cum recipit res.

Praeterea si nulla fuit genitalis origo  
terraram et caeli semperque aeterna  
fuere,  
cur supera bellum Thebanum et funera  
Troiae  
non alias alii quoque res cecinere poëtae?  
quo tot facta virum totiens cecidere neque  
usquam  
aeternis famae monimentis insita florent?  
verum, ut opinor, habet novitatem summa  
recensque  
naturast mundi neque pridem exordia  
cepit.  
quare etiam quaedam nunc artes  
expoliuntur,

sono mortali, e non ho esitato ad  
affermare che l'acqua e l'aria  
periscono, e dissi che questi stessi  
nascono e crescono di nuovo,  
in primo luogo, alquanta parte della terra,  
bruciata  
continuamente dal sole, battuta dagli urti  
di molti piedi,  
esala una nuvola di polvere e nubi volanti,  
che i venti possenti sparpagliano per tutta  
l'aria.

E ancora, una parte delle zolle è trascinata  
dalle piogge  
nell'inondazione, e i fiumi, radendo le rive,  
le corrodono.

Inoltre, ogni corpo che la terra alimenta e  
accresce, le è restituito  
per la parte che esso ha ricevuta; e poiché  
certo essa appare  
madre di tutto e insieme comune sepolcro  
delle cose, vedi  
dunque che la terra subisce riduzione e,  
aumentata, ricresce.

Per il resto, che di nuovo liquido il mare, i  
fiumi, le fonti  
sempre abbondino e che le acque  
scaturiscano perenni,  
non c'è bisogno di dirlo: il loro grande  
scorrere da ogni parte  
lo manifesta. Ma l'acqua che di volta in  
volta è prima, si perde,  
e così avviene che nell'insieme il liquido  
non trabocchi mai,  
in parte perché lo diminuiscono i venti  
possenti  
spazzando il mare, e l'etereo sole  
dissolvendolo coi raggi,  
in parte perché nelle profondità terrestri si  
spande ovunque:  
vien filtrata infatti la salsedine, e  
l'elemento liquido  
rifluisce indietro e s'aduna tutto alla  
sorgente dei fiumi  
e di là sgorga sulle terre con dolce  
corrente, là dove la via  
una volta aperta ha fatto discendere le  
onde con liquido piede.

Ora dunque parlerò dell'aria, che in tutto il  
suo corpo  
si muta innumerabilmente d'ora in ora.  
Sempre infatti ciò che fluisce dalle cose, è  
trasportato tutto  
nel gran mare dell'aria; e, se questa a sua

nunc etiam augescunt; nunc addita  
navigiis sunt  
multa, modo organici melicos peperere  
sonores,  
denique natura haec rerum ratioque  
repertast  
nuper, et hanc primus cum primis ipse  
repertus  
nunc ego sum in patrias qui possim  
vertere voces.

Quod si forte fuisse ante hac eadem  
omnia credis,  
sed periisse hominum torrenti saecla  
vapore,  
aut cecidisse urbis magno vexamine  
mundi,  
aut ex imbribus adsiduis exisse rapaces  
per terras amnes atque oppida coperuisse.  
tanto quique magis victus fateare  
necessest  
exitium quoque terrarum caelique  
futurum;  
nam cum res tantis morbis tantisque  
periculis  
temptarentur, ibi si tristior incubisset  
causa, darent late cladem magnasque  
ruinas.  
nec ratione alia mortales esse videmur,  
inter nos nisi quod morbis aegrescimus  
isdem  
atque illi quos a vita natura removit.

Praeterea quae cumque manent aeterna  
necessust  
aut, quia sunt solido cum corpore,  
respuere ictus  
nec penetrare pati sibi quicquam quod  
queat artas  
dissociare intus partis, ut materiai  
corpora sunt, quorum naturam ostendimus  
ante,  
aut ideo durare aetatem posse per  
omnem,  
plagarum quia sunt expertia, sicut inane  
est,  
quod manet intactum neque ab ictu  
fungitur hilum,  
aut etiam quia nulla loci sit copia circum,  
quo quasi res possint discedere  
dissoluique,  
sicut summarum summa est aeterna,  
neque extra  
qui locus est quo dissiliant neque corpora  
sunt quae

volta non restituisses  
elementi alle cose e non le reintegrasse di  
ciò che ne fluisce,  
tutto sarebbe ormai dissolto e convertito in  
aria.  
Dunque non cessa questa d'esser generata  
dalle cose e di risolversi  
nelle cose, poiché è certo che tutto  
continuamente fluisce.  
Così l'abbondante fonte di limpida luce,  
l'etereo sole,  
perennemente inonda il cielo di fulgore  
sempre nuovo  
e subito rifornisce la luce con luce nuova.  
Ché ogni sua prima emanazione di fulgore  
perisce,  
dovunque cada. E ciò puoi apprenderlo da  
questo,  
che appena le nubi cominciano a passare  
sotto il sole  
e a troncarsi, per così dire, a mezzo i raggi  
della luce,  
d'un tratto la parte inferiore di questi  
perisce tutta  
e la terra si vela d'ombra dovunque si  
portano i nubi;  
sì che puoi conoscere che di nuovo  
splendore sempre le cose han bisogno  
e che le emanazioni di fulgore periscono  
man mano che si producono,  
né altrimenti le cose potrebbero essere  
vedute nella luce del sole,  
se la stessa sorgente della luce non la  
fornisse perpetuamente.  
E inoltre, vedi, i lumi notturni che sono  
sulla terra,  
lampade appese e torce splendenti di  
lampeggianti baleni,  
grasse di molta caligine, in simile modo  
s'affrettano  
a fornire, mediante la loro fiamma, nuova  
luce,  
e insistono nel tremolare dei fuochi,  
insistono, né la luce,  
troncata, per così dire, a mezzo, lascia i  
luoghi d'intorno.  
Tanto in fretta il suo estinguersi è celato  
col celere scaturire di nuova fiamma da  
tutti i fuochi.  
Così, dunque, il sole, la luna e le stelle è  
da credere  
che spandano la luce con successive  
emanazioni

possint incidere et valida dissolvere plaga.  
at neque, uti docui, solido cum corpore  
mundi  
naturast, quoniam admixtumst in rebus  
inane,  
nec tamen est ut inane, neque autem  
corpora desunt,  
ex infinito quae possint forte coorta  
corruere hanc rerum violento turbine  
summam  
aut aliam quamvis cladem inportare  
pericli,  
nec porro natura loci spatiumque profundi  
deficit, exspargi quo possint moenia  
mundi,  
aut alia quavis possunt vi pulsa perire.  
haut igitur leti praeclusa est ianua caelo  
nec soli terraeque neque altis aequoris  
undis,  
sed patet immani et vasto respectat hiatu.  
quare etiam nativa necessumst confiteare  
haec eadem; neque enim, mortali corpore  
quae sunt,  
ex infinito iam tempore adhuc potuissent  
inmensi validas aevi contemnere vires.

Denique tantopere inter se cum maxima  
mundi  
pugnent membra, pio nequaquam concita  
bello,  
nonne vides aliquam longi certaminis ollis  
posse dari finem, vel cum sol et vapor  
omnis  
omnibus epotis umoribus exsuperarint?  
quod facere intendunt, neque adhuc  
conata patrantur;  
tantum suppeditant amnes ultraque  
minantur  
omnia diluviare ex alto gurgite ponti:  
ne quiquam, quoniam verrentes aequora  
venti  
deminuunt radiisque retexens aetherius  
sol,  
et siccare prius confidunt omnia posse  
quam liquor incepti possit contingere  
finem.  
tantum spirantes aequo certamine bellum  
magnis [inter se] de rebus cernere  
certant,  
cum semel interea fuerit superantior ignis  
et semel, ut fama est, umor regnarit in  
arvis.  
ignis enim superavit et ambiens multa  
perussit,

e che perdano sempre ogni fiamma che  
via via spunta;  
che non ti avvenga di supporti dotati  
d'inviolabile vigore.  
Ancora, non vedi che anche le pietre sono  
vinte dal tempo,  
che le alte torri cadono in rovina e le rocce  
si sgretolano,  
che i templi e le statue degli dèi rovinati si  
fendono,  
e il santo nume non può differire i termini  
del fato,  
né lottare contro le leggi della natura?  
E ancora, non vediamo i monumenti degli  
eroi crollati  
chiedere se tu credi che essi a loro volta  
invecchiano?  
Non vediamo precipitare rupi divelte dagli  
alti monti,  
incapaci di resistere e di sopportare le  
possenti forze di un tempo  
sia pure limitato? Né infatti cadrebbero  
divelte d'un tratto,  
se da tempo infinito avessero continuato a  
sopportare  
tutti gli attacchi dell'età senza esserne  
spezzate.  
Inoltre, contempla ora questo cielo che  
d'intorno e di sopra  
cinge col suo abbraccio tutta la terra: se  
procrea da sé  
tutte le cose, come alcuni dicono, e le  
accoglie dissolte,  
tutto di corpo soggetto a nascita e a morte  
esso consta.  
Infatti tutto ciò che di sé accresce e  
alimenta altre cose,  
deve decrescere, e reintegrarsi quando  
riprende ciò che ha dato.  
Oltre a ciò, se non ci fu un'origine  
primigenia  
della terra e del cielo, e sempre essi  
esisterterò eterni,  
perché di là dalla guerra tebana e dalle  
rovine di Troia  
non cantarono altri poeti anche altri  
eventi?  
Dove mai tante gesta di eroi tante volte  
svanirono e perché non fioriscono  
in alcun luogo, impresse negli eterni  
monumenti della fama?  
Vero è, a parer mio, che tutto il nostro  
mondo è nella sua giovinezza,

avia cum Phaethonta rapax vis solis  
equorum  
aethere raptavit toto terrasque per omnis.  
at pater omnipotens ira tum percitus acri  
magnanimum Phaethonta repentis fulminis  
ictu  
deturbavit equis in terram, Solque cadenti  
obvius aeternam suscepit lampada mundi  
disiectosque redegit equos iunxitque  
tremenis,  
inde suum per iter recreavit cuncta  
gubernans,  
scilicet ut veteres Graium cecinere poëtae.  
quod procul a vera nimis est ratione  
repulsum.  
ignis enim superare potest ubi materiai  
ex infinito sunt corpora plura coorta;  
inde cadunt vires aliqua ratione revictae,  
aut pereunt res exustae torrentibus auris.  
umor item quondam coepit superare  
coortus,  
ut fama est, hominum vitas quando obruit  
undis;  
inde ubi vis aliqua ratione aversa recessit,  
ex infinito fuerat quae cumque coorta,  
constiterunt imbres et flumina vim  
minuerunt.

Sed quibus ille modis coniectus materiai  
fundarit terram et caelum pontique  
profunda,  
solis lunai cursus, ex ordine ponam.  
nam certe neque consilio primordia rerum  
ordine se suo quaeque sagaci mente  
locarunt  
nec quos quaeque darent motus pepigere  
profecto;  
sed quia multa modis multis primordia  
rerum  
ex infinito iam tempore percita plagis  
ponderibusque suis consuerunt concita  
ferri  
omnimodisque coire atque omnia  
pertemptare,  
quae cumque inter se possent congressa  
creare,  
propterea fit uti magnum volgata per  
aevom  
omnigenus coetus et motus experiundo  
tandem convenient ea quae coniecta  
repente  
magnarum rerum fiunt exordia saepe,  
terrai maris et caeli generisque  
animantum.

e recente è la natura del cielo, né da molto  
tempo ebbe inizio.  
Perciò alcune arti ancor oggi si raffinano,  
oggi ancora  
progrediscono; oggi sono stati aggiunti  
alle navi  
molti attrezzi; poc'anzi i musicisti hanno  
creato melodiosi suoni.  
Infine, questo sistema della natura è stato  
scoperto  
di recente, e primo fra tutti io stesso mi  
trovo  
ora in grado di tradurlo nella lingua dei  
padri.  
E se per caso credi che tutte le cose siano  
esistite identiche già in passato,  
ma le generazioni degli uomini siano perite  
in avvampante fuoco,  
o le città sian crollate in un grande  
sconvolgimento del mondo,  
o a causa di piogge assidue fiumi rapinosi  
siano straripati  
su per le terre e abbiano sommerso le  
città,  
tanto più è inevitabile che tu, vinto,  
ammetta  
che alla rovina soccomberanno anche la  
terra e il cielo:  
infatti, quando le cose subivano l'assalto di  
tali flagelli e di tali pericoli,  
se una forza più nociva si fosse in quel  
punto abbattuta su di loro,  
per vasto spazio sarebbero precipitate in  
disastro e grandi rovine.  
Né in altra maniera noi ci accorgiamo di  
essere mortali,  
se non perché a vicenda siamo preda delle  
stesse malattie  
di cui soffrirono coloro che la natura  
allontanò dalla vita.  
Inoltre, tutte le cose che permangono  
eterne è necessario  
o che respingano gli urti perché hanno  
corpo solido  
e non si lascino penetrare da qualcosa che  
possa dissociare  
nell'interno le parti strettamente unite,  
quali sono i corpi  
della materia, di cui prima abbiamo  
rivelato la natura,  
oppure che possano durare per ogni tempo  
per questo,  
perché sono esenti da colpi, come è il

Hic neque tum solis rota cerni lumine  
largo  
altivolans poterat nec magni sidera mundi  
nec mare nec caelum nec denique terra  
neque aër  
nec similis nostris rebus res ulla videri,  
sed nova tempestas quaedam molesque  
coorta.  
diffugere inde loci partes coepere  
paresque  
cum paribus iungi res et discludere  
mundum  
membraque dividere et magnas disponere  
partes  
omnigenis e principiis, discordia quorum  
intervalla vias conexus pondera plagas  
concursum motus turbabat proelia miscens  
propter dissimilis formas variasque  
figuras,  
quod non omnia sic poterant coniuncta  
manere  
nec motus inter sese dare convenientis,  
hoc est, a terris altum discernere caelum,  
et sorsum mare, uti secreto umore  
pateret,  
seorsus item puri secretique aetheris  
ignes.

Quippe etenim primum terrai corpora  
quaeque,  
propterea quod erant gravia et perplexa,  
coibant  
in medio atque imas capiebant omnia  
sedes;  
quae quanto magis inter se perplexa  
coibant,  
tam magis expressere ea quae mare  
sidera solem  
lunamque efficerent et magni moenia  
mundi;  
omnia enim magis haec e levibus atque  
rutundis  
seminibus multoque minoribus sunt  
elementis  
quam tellus. ideo per rara foramina terrae  
partibus erumpens primus se sustulit  
aether  
ignifer et multos secum levis abstulit ignis,  
non alia longe ratione ac saepe videmus,  
aurea cum primum gemmantis rore per  
herbas  
matutina rubent radiati lumina solis  
exhalantque lacus nebulam fluviique  
perennes

vuoto,  
che rimane intatto e non subisce il minimo  
urto,  
o anche perché intorno non si trova tratto  
di spazio  
ove, in qualche modo, le cose possano  
sperdersi e dissolversi:  
così è eterna la somma delle somme, fuori  
della quale  
non c'è luogo ove le cose saltino in pezzi,  
né ci son corpi  
che possano cadere su di esse e con forte  
colpo dissolverle.  
Ma, come ho insegnato, la natura del  
mondo non è dotata  
di corpo solido, poiché dentro le cose è  
misto il vuoto,  
né tuttavia esso è come il vuoto, né  
d'altronde mancano corpi  
che, dall'infinito per caso irrompendo in  
folla, possano  
far precipitare questo insieme di cose con  
violento turbine  
o introdurvi qualche altro disastroso  
pericolo,  
e inoltre non difettano il vuoto e le  
profondità dello spazio,  
dove le mura del mondo possano  
disperdersi,  
oppure possono perire colpite da qualsiasi  
altra forza.  
Dunque la porta della morte non è chiusa  
al cielo,  
né al sole, né alla terra, né alle acque  
profonde del mare,  
ma sta spalancata e li aspetta con immane  
e vasta voragine.  
Perciò devi anche ammettere che queste  
stesse cose hanno avuto  
una nascita; e infatti cose che sono di  
corpo mortale  
non avrebbero potuto da tempo infinito  
fino ad ora  
disprezzare le possenti forze di un'età  
immensa.  
Infine, poiché tanto lottano tra loro le  
grandissime  
membra del mondo, sfrenate in empia  
guerra,  
non vedi che alla loro lunga contesa può  
essere posto  
qualche termine? Così, quando il sole e  
ogni fuoco,

ipsaque ut inter dum tellus fumare  
videtur;  
omnia quae sursum cum conciliantur, in  
alto  
corpore concreto subtexunt nubila caelum.  
sic igitur tum se levis ac diffusilis aether  
corpore concreto circum datus undique  
saepsit  
et late diffusus in omnis undique partis  
omnia sic avido complexu cetera saepsit.  
hunc exordia sunt solis lunaeque secuta,  
interutrasque globi quorum vertuntur in  
auris;  
quae neque terra sibi adscivit nec  
maximus aether,  
quod neque tam fuerunt gravia ut  
depressa sederent,  
nec levia ut possent per summas labier  
oras,  
et tamen interutrasque ita sunt, ut corpora  
viva  
versent et partes ut mundi totius extent;  
quod genus in nobis quaedam licet in  
statione  
membra manere, tamen cum sint ea quae  
moveantur.  
his igitur rebus retractis terra repente,  
maxima qua nunc se ponti plaga caerula  
tendit,  
succidit et salso suffudit gurgite fossas.  
inque dies quanto circum magis aetheris  
aestus  
et radii solis cogebant undique terram  
verberibus crebris extrema ad limina  
fartam  
in medio ut propulsa suo condensa coiret,  
tam magis expressus salsus de corpore  
sudor  
augebat mare manando camposque  
natantis,  
et tanto magis illa foras elapsa volabant  
corpora multa vaporis et aëris altaque  
caeli  
densabant procul a terris fulgentia templa.  
sidebant campi, crescebant montibus altis  
ascensus; neque enim poterant subsidere  
saxa  
nec pariter tantundem omnes succumbere  
partis.  
Sic igitur terrae concreto corpore  
pondus  
constitit atque omnis mundi quasi limus in  
imum

assorbiti tutti gli umori, avranno preso il  
sopravvento:  
a far ciò tendono, ma finora i tentativi non  
hanno avuto effetto:  
tanto rifornimento danno i fiumi, e per di  
più minacciano  
d'inondare ogni cosa riversandosi dai  
profondi gorgi del mare,  
ma invano: poiché i venti, spazzando le  
acque, e l'etereo sole,  
dissolvendole coi raggi, ne diminuiscono il  
volume,  
e confidano di poter prosciugare ogni cosa  
prima che le onde  
possano raggiungere il termine della loro  
impresa.  
Da tanto spirito guerresco infiammati, con  
uguale esito  
lottano per decidere di grandi cose <fra  
loro>,  
e intanto il fuoco ebbe una volta il  
sopravvento,  
e una volta, come si racconta, l'acqua  
regnò sui campi.  
Il fuoco infatti sormontò e, raggiungendo  
molte cose, le bruciò,  
quando la rapace forza dei cavalli del sole,  
uscendo di strada,  
trascinò Fetonte attraverso tutto l'etere e  
su tutte le terre.  
Ma il padre onnipotente, stimolato allora  
da un'ira violenta,  
con un repentino colpo di fulmine gettò  
l'animoso Fetonte  
giù dai cavalli sulla terra, e il Sole,  
andandogli incontro  
mentre cadeva, raccolse l'eterna lampada  
del mondo  
e ritrasse i cavalli sbandati e li aggiogò che  
ancora tremavano;  
poi, guidandoli per la loro strada, ristorò  
tutte le cose.  
Così invero cantarono gli antichi poeti di  
Grecia.  
Ma questo si discosta troppo dalla verità.  
Il fuoco infatti può sormontare quando più  
numerosi corpi  
della sua materia hanno fatto in folla  
irruzione dall'infinito;  
poi cadono le sue forze, sopraffatte da  
qualche causa,  
oppure le cose periscono bruciate dai soffi  
cocenti.

confluxit gravis et subsedit funditus ut  
faex;  
inde mare, inde aër, inde aether ignifer  
ipse  
corporibus liquidis sunt omnia pura relictæ  
et leviora aliis aliis, et liquidissimus aether  
atque levissimus aërias super influunt auras  
nec liquidum corpus turbantibus aëris  
auris  
commiscet; sinit hæc violentis omnia verti  
turbatinibus, sinit incertis turbare procellis,  
ipse suos ignis certo fert impete labens.  
nam modice fluere atque uno posse  
aethera nisu  
significat Pontos, mare certo quod fluit  
aestu  
unum labendi conservans usque tenorem.  
Motibus astrorum nunc quæ sit causa  
canamus.  
principio magnus caeli si vortitur orbis,  
ex utraque polum parti premere aëra nobis  
dicendum est extraque tenere et claudere  
utrimque;  
inde alium supra fluere atque intendere  
eodem  
quo volvenda micant aeterni sidera mundi;  
aut alium supter, contra qui subvehat  
orbem,  
ut fluvios versare rotas atque austra  
videmus.  
est etiam quoque uti possit caelum omne  
manere  
in statione, tamen cum lucida signa  
ferantur,  
sive quod inclusi rapidi sunt aetheris  
aestus  
quaerentesque viam circum versantur et  
ignes  
passim per caeli volvunt summania  
templa,  
sive aliunde fluens alicunde extrinsecus  
aër  
versat agens ignis, sive ipsi serpere  
possunt,  
quo cuiusque cibus vocat atque invitat  
euntis,  
flammea per caelum pascentis corpora  
passim.  
nam quid in hoc mundo sit eorum ponere  
certum  
difficilest; sed quid possit fiatque per  
omne  
in variis mundis varia ratione creatis,

Anche l'acqua un tempo, insorta, cominciò  
a sormontare,  
come è fama, quando sommerse molti  
uomini sotto le onde.  
Poi, quando venne meno, respinta da  
qualche causa,  
la sua forza, quanta dall'infinito aveva  
fatto irruzione,  
si fermarono le piogge e i fiumi scemarono  
la loro violenza.  
Ma ora esporrò con ordine in quali modi  
quell'ammasso  
di materia abbia costituito le fondamenta  
della terra e del cielo  
e delle profondità marine, i corsi del sole e  
della luna.  
Ché certo non secondo un deliberato  
proposito i primi elementi  
delle cose si collocarono ciascuno al suo  
posto con mente sagace,  
né in verità pattuirono quali moti dovesse  
produrre ciascuno,  
ma, poichè molti primi elementi delle cose,  
in molti modi,  
da tempo infinito fino ad ora stimolati dagli  
urti  
e tratti dal proprio peso, sono soliti  
muoversi e vagare  
e in ogni modo congiungersi e provare  
tutto  
quanto possano produrre aggregandosi tra  
loro,  
per questo avviene che, dopo aver vagato  
per gran tempo,  
sperimentando ogni genere di  
aggregazioni e di moti,  
alfine si incontrano quelli che, messi  
insieme d'un tratto,  
diventano spesso inizi di grandi cose,  
della terra, del mare e del cielo e delle  
specie viventi.  
In tale situazione, non si poteva allora  
vedere il disco  
del sole, volante nell'alto con la sua luce  
copiosa, né gli astri  
del vasto firmamento, né mare, né cielo, e  
neppure terra, né aria,  
né alcuna cosa simile alle nostre cose si  
poteva scorgere,  
ma una specie di tempesta sorta di  
recente e un ammasso  
composto di atomi d'ogni genere, la cui  
discordia perturbava

id doceo plurisque sequor disponere  
causas,  
motibus astrorum quae possint esse per  
omne;  
e quibus una tamen sit et haec quoque  
causa necessest,  
quae vegeat motum signis; sed quae sit  
earum  
praecipere haud quaquamst pedetemptim  
progredientis.

Terraque ut in media mundi regione  
quiescat,  
evanescere paulatim et decrescere pondus  
convenit atque aliam naturam supter  
habere  
ex ineunte aevo coniunctam atque uniter  
aptam  
partibus aëriis mundi, quibus insita vivit.  
propterea non est oneri neque deprimit  
auras,  
ut sua cuique homini nullo sunt pondere  
membra  
nec caput est oneri collo nec denique  
totum  
corporis in pedibus pondus sentimus  
inesse;  
at quae cumque foris veniunt inpostaque  
nobis  
pondera sunt laedunt, permulto saepe  
minora.  
usque adeo magni refert quid quaeque  
queat res.  
sic igitur tellus non est aliena repente  
allata atque auris aliunde obiecta alienis,  
sed pariter prima concepta ab origine  
mundi  
certaque pars eius, quasi nobis membra  
videntur.

Praeterea grandi tonitru concussa  
repente  
terra supra quae se sunt concutit omnia  
motu;  
quod facere haut ulla posset ratione, nisi  
esset  
partibus aëriis mundi caeloque revincta;  
nam communibus inter se radicibus  
haerent  
ex ineunte aevo coniuncta atque uniter  
aucta.

Nonne vides etiam quam magno  
pondere nobis  
sustineat corpus tenuissima vis animai,  
propterea quia tam coniuncta atque uniter

gl'intervalli, le vie, le connessioni, i pesi,  
gli urti,  
gl'incontri, i movimenti, in un arder di  
battaglie,  
perché, per le forme dissimili e le varie  
figure,  
non potevano tutti così rimanere  
congiunti,  
né produrre tra loro movimenti  
concordanti.  
Indi parti diverse cominciarono a fuggire in  
varie direzioni,  
e le cose simili a congiungersi con le simili,  
e segnare  
i confini del mondo e dividerne le membra  
e disporre  
le grandi parti, cioè distinguere dalle terre  
l'alto cielo,  
e far sì che in disparte con distinte acque  
si stendesse il mare,  
in disparte anche i fuochi dell'etere puri e  
distinti.  
E, invero, dapprincipio i vari corpi di terra,  
poiché erano pesanti e aggrovigliati,  
s'adunavano  
nel mezzo e occupavano tutti le regioni più  
basse;  
e, quanto più aggrovigliati tra loro  
s'adunavano,  
tanto più spremevano fuori i corpi che  
dovevano produrre  
il mare, gli astri, il sole e la luna e le mura  
del vasto mondo.  
Tutti questi in effetti sono di semi più lisci  
e più rotondi e di elementi molto più  
piccoli  
che la terra. Così, erompendo, per i fori  
della terra porosa,  
dalle parti di questa, primo si levò in alto  
l'etere  
infuocato e, leggero, trasse su con sé molti  
fuochi,  
non molto diversamente da quel che  
spesso vediamo,  
quando l'aurea luce mattutina del sole  
raggiante  
comincia a rosseggiare fra le erbe  
ingemmate di rugiada  
ed esalano nebbia i laghi e i fiumi perenni,  
e anche come la terra stessa si vede talora  
fumare;  
e, quando tutte queste esalazioni,  
movendo verso l'alto, si aggregano,

apta est?

Denique iam saltu pernici tollere corpus  
quid potis est nisi vis animae, quae  
membra gubernat?

iamne vides quantum tenuis natura valere  
possit, ubi est coniuncta gravi cum  
corpore, ut aër

coniunctus terris et nobis est animi vis?

Nec nimio solis maior rota nec minor  
ardor

esse potest, nostris quam sensibus esse  
videtur.

nam quibus e spatiis cumque ignes lumina  
possunt

adiicere et calidum membris adflare  
vaporem,

nil magnis intervallis de corpore libant  
flammarum, nihil ad speciem est

contractior ignis.

proinde, calor quoniam solis lumenque  
profusum

perveniunt nostros ad sensus et loca  
fulgent,

forma quoque hinc solis debet filumque  
videri,

nil adeo ut possis plus aut minus addere  
vere.

[perveniunt nostros ad sensus et loca  
fulgent]

lunaque sive notho fertur loca lumine  
lustrans,

sive suam proprio iactat de corpore lucem,  
quidquid id est, nihilo fertur maiore figura  
quam, nostris oculis qua cernimus, esse  
videtur.

nam prius omnia, quae longe semota  
tuemur

aëra per multum, specie confusa videntur  
quam minui filum. quapropter [luna](#)  
necesse est,

quandoquidem claram speciem certamque  
figuram

praebet, ut est oris extremis cumque  
notata,

quanta quoque, tanta hinc nobis videatur  
in alto.

postremo quos cumque vides hinc aetheris  
ignes,

scire licet perquam paucillo posse minores  
esse vel exigua maioris parte brevique.

quandoquidem quos cumque in terris  
cernimus [ignes],

dum tremor [et] clarus dum cernitur ardor

lassù condensatesi diventano nuvole che  
col loro intreccio oscurano il cielo.

Così, dunque, allora l'etere leggero ed  
espansibile,

condensatosi e avvoltesi intorno, s'incurvò  
da ogni parte

e, ampiamente espanso da ogni parte in  
tutte le direzioni,

così circondò tutte le altre cose con avido  
abbraccio.

A questo tennero dietro gl'inizi del sole e  
della luna,

i cui globi si volgono nell'aria fra etere e  
terra:

né la terra li accolse in sé, né l'etere  
grandissimo, poiché non erano  
tanto pesanti da cadere in basso e posarsi  
sul fondo,

né leggeri sì da potere scivolare per le  
plaghe più alte;

e tuttavia sono fra l'una e l'altro in tal  
modo che fanno girare

i loro corpi vivi ed esistono come parti di  
tutto il mondo:

come in noi certe membra possono restare  
immobili,

mentre ve ne sono altre che frattanto si  
muovono.

Ritiratesi, quindi, queste cose, d'un tratto  
la terra,

là dove ora la zona cerula del mare si  
stende amplissima,

sprofondò, e inondò di salati gorghi gli  
avvallamenti.

E di giorno in giorno, quanto più le vampe  
dell'etere

d'intorno e i raggi del sole serravano da  
ogni parte la terra

in spazio ristretto con colpi frequenti sugli  
estremi bordi,

sì che, compressa, si condensava e  
s'adunava al centro,

tanto più il salso sudore, spremuto fuori  
dal suo corpo,

scorrendo accresceva il mare e le distese  
fluttuanti,

e tanto più, guizzando fuori, volavano quei  
numerosi

corpi di calore e d'aria e addensavano  
lontano

dalla terra le alte e fulgide regioni del  
cielo.

Si abbassavano le pianure, ai monti elevati

eorum,  
perparvom quiddam inter dum mutare  
videntur  
alteram utram in partem filum, quo  
longius absunt.

Illud item non est mirandum, qua  
ratione  
tantulus ille queat tantum sol mittere  
lumen,  
quod maria ac terras omnis caelumque  
rigando  
compleat et calido perfundat cuncta  
vapore.  
[quanta quoque tanta hinc nobis  
videatur in alto]  
nam licet hinc mundi patefactum totius  
unum  
la.pngluum fontem scaterere atque  
erumpere lumen,  
ex omni mundo quia sic elementa vaporis  
undique conveniunt et sic coniectus eorum  
confluit, ex uno capite hic ut profluat  
ardor.

nonne vides etiam quam late parvus aquai  
prata riget fons inter dum campisque  
redundet?  
est etiam quoque uti non magno solis ab  
igni  
aëra percipiat calidis fervoribus ardor,  
opportunos ita est si forte et idoneus aër,  
ut queat accendi parvis ardoribus ictus;  
quod genus inter dum segetes  
stipulamque videmus  
accidere ex una scintilla incendia passim.  
forsitan et rosea sol alte lampade lucens  
possideat multum caecis fervoribus ignem  
circum se, nullo qui sit fulgore notatus,  
aestifer ut tantum radiorum exaugeat  
ictum.

Nec ratio solis simplex [et] recta  
patescit,  
quo pacto aestivis e partibus aegocerotis  
brumalis adeat flexus atque inde revertens  
canceris ut vertat metas ad solstitialis,  
lunaque mensibus id spatium videatur  
obire,  
annua sol in quo consumit tempora cursu.  
non, inquam, simplex his rebus reddita  
causast.  
nam fieri vel cum primis id posse videtur,  
Democriti quod sancta viri sententia ponit,  
quanto quaeque magis sint terram sidera  
propter,

cresceva  
l'altezza; e infatti le rocce non potevano  
abbassarsi,  
né tutte le parti insieme ugualmente cader  
giù.  
Così, dunque, il peso della terra col corpo  
condensato  
si fissò, e tutto il limo, per così dire, del  
mondo confluì  
pesante verso il basso e si posò nel fondo  
come feccia;  
poi il mare, poi l'aria, poi lo stesso etere  
infuocato  
coi loro corpi liquidi, tutti restarono puri,  
e l'uno più leggero dell'altro; e l'etere, il  
più liquido  
e il più leggero, scorre sopra i soffi  
dell'aria,  
né mischia il suo liquido corpo con gli  
sconvolgenti  
soffi dell'aria; lascia che tutte le cose  
quaggiù siano sossopra  
per violenti turbini, lascia che s'agitino per  
mutedoli procelle,  
mentre trasporta i suoi fuochi scorrendo  
con slancio immutato.  
Infatti, che l'etere possa fluire con calma e  
con moto uniforme,  
lo mostra il Ponto, il mare che fluisce con  
corrente immutata,  
conservando sempre uguale l'andamento  
del suo scorrere.  
Ora cantiamo quale sia la causa dei  
movimenti degli astri.  
Anzitutto, se la grande sfera del cielo gira  
intorno,  
dobbiamo dire che l'aria preme sui poli alle  
due estremità dell'asse  
e la tiene a posto dall'esterno e la chiude  
da ambo i lati;  
altra aria, poi, fluisce al di sopra e tende  
alla stessa meta  
verso cui girano brillando gli astri  
dell'eterno mondo;  
o altra aria fluisce di sotto e trascina la  
sfera in senso opposto,  
come vediamo i fiumi far girare ruote e  
secchie.  
Può anche darsi che tutto il cielo resti  
immoto,  
mentre frattanto i lucidi astri sono in  
movimento,  
o perché vi sono rinchiuse le rapide

tanto posse minus cum caeli turbine ferri;  
evanescere enim rapidas illius et acris  
imminui sup̄ter viris, ideoque relinqui  
paulatim solem cum posterioribus signis,  
inferior multo quod sit quam fervida signa.  
et magis hoc lunam: quanto demissior eius  
cursus abest procul a caelo terrisque  
propinquat,  
tanto posse minus cum signis tendere  
cursum.

flaccidiore etiam quanto iam turbine fertur  
inferior quam sol, tanto magis omnia signa  
hanc adipiscuntur circum praeterque  
feruntur.

propterea fit ut haec ad signum quodque  
reverti  
mobilius videatur, ad hanc quia signa  
revisunt.

fit quoque ut e mundi transversis partibus  
aër

alternis certo fluere alter tempore possit,  
qui queat aestivis solem detrudere signis  
brumalis usque ad flexus gelidumque  
rigorem,

et qui reiciat gelidis a frigoris umbris  
aestiferas usque in partis et fervida signa.  
et ratione pari lunam stellasque

putandumst,  
quae volvunt magnos in magnis orbibus  
annos,

aëribus posse alternis e partibus ire.

nonne vides etiam diversis nubila ventis  
diversas ire in partis inferna supernis?

qui minus illa queant per magnos aetheris  
orbis

aestibus inter se diversis sidera ferri?

At nox obruit ingenti caligine terras,  
aut ubi de longo cursu sol ultima caeli  
impulit atque suos efflavit languidus ignis  
concussos itere et labefactos aëre multo,  
aut quia sub terras cursum convortere  
cogit

vis eadem, supra quae terras pertulit  
orbem.

Tempore item certo roseam Matuta per  
oras

aetheris auroram differt et lumina pandit,  
aut quia sol idem, sub terras ille revertens,  
anticipat caelum radiis accendere  
temptans,

aut quia conveniunt ignes et semina multa  
confluere ardoris consuerunt tempore  
certo,

correnti dell'etere

e, cercando una via, s'aggirano  
tutt'intorno

e così volgono i fuochi qua e là per le  
notturne volte del cielo;

o un'aria, che fluisce da un altro luogo  
qualsiasi al di fuori,

trascina e fa girare i fuochi; o possono essi  
stessi scivolare

dove il cibo d'ognuno li chiama e invita  
mentre procedono,

pascendo qua e là per il cielo i loro corpi di  
fuoco.

Infatti è difficile dare per certo quale di tali  
cause operi

in questo mondo; ma che cosa possa  
avvenire e avvenga

per tutto l'universo nei vari mondi in vario  
modo creati,

questo io insegno, e proseguo a esporre  
diverse cause

che possono produrre i movimenti degli  
astri per l'universo;

fra esse tuttavia una sola dev'essere  
anche in questo mondo

la causa che dà vita al movimento delle  
stelle; ma spiegare quale

di esse sia, non è affatto proprio di chi  
avanza passo passo.

E perché la terra resti ferma nel mezzo del  
mondo,

bisogna che il peso svanisca a poco a poco  
e decresca,

e che di sotto essa abbia un'altra natura,  
dall'inizio dell'esistenza congiunta e

strettamente unita

con le parti aeree del mondo in cui è  
incorporata e vive.

Perciò non è di peso all'aria, né la preme  
giù;

come su ogni uomo non gravano le sue  
membra,

né la testa è di peso al collo, e, infine, non  
sentiamo

che tutto il peso del corpo poggia sui  
piedi;

mentre tutti i pesi che vengono  
dall'esterno e ci sono imposti,

ci molestano, quantunque sovente di gran  
lunga minori.

Di così grande importanza è quale potere  
abbia ciascuna cosa.

Così dunque la terra non s'aggiunse

quae faciunt solis nova semper lumina  
gigni;  
quod genus Idaeis fama est e montibus  
altis  
dispersos ignis orienti lumine cerni,  
inde coire globum quasi in unum et  
conficere orbem.  
nec tamen illud in his rebus mirabile debet  
esse, quod haec ignis tam certo tempore  
possint  
semina confluere et solis reparare nitorem.  
multa videmus enim, certo quae tempore  
fiunt  
omnibus in rebus. florescunt tempore  
certo  
arbusta et certo dimittunt tempore florem.  
nec minus in certo dentes cadere imperat  
aetas  
tempore et inpubem molli pubescere veste  
et pariter mollem malis demittere barbam.  
fulmina postremo nix imbres nubila venti  
non nimis incertis fiunt in partibus anni.  
namque ubi sic fuerunt causarum exordia  
prima  
atque ita res mundi cecidere ab origine  
prima,  
consequae quoque iam redeunt ex ordine  
certo.  
Crescere itemque dies licet et tabescere  
noctes,  
et minui luces, cum sumant augmina  
noctis,  
aut quia sol idem sub terras atque superne  
imparibus currens amfractibus aetheris  
oras  
partit et in partibus non aequas dividit  
orbem,  
et quod ab alterutra detraxit parte, reponit  
eius in adversa tanto plus parte relatus,  
donec ad id signum caeli pervenit, ubi anni  
nodus nocturnas exaequat lucibus umbras;  
nam medio cursu flatus aquilonis et austri  
distinguit aequato caelum discrimine metas  
propter signiferi posituram totius orbis,  
annua sol in quo concludit tempora  
serpens,  
obliquo terras et caelum lumine lustrans,  
ut ratio declarat eorum qui loca caeli  
omnia dispositis signis ornata notarunt.  
aut quia crassior est certis in partibus aër,  
sub terris ideo tremulum iubar haesitat  
ignis  
nec penetrare potest facile atque

d'improvviso  
come estranea, né da un altro luogo fu  
gettata su aria estranea,  
ma insieme fu concepita sin dalla prima  
origine del mondo  
e come parte determinata d'esso, quali si  
vedono in noi le membra.  
Inoltre, scossa d'un tratto da un gran  
tuono,  
la terra col suo moto scuote tutto quanto  
le sta sopra;  
ciò non potrebbe essa fare in alcun modo,  
se non fosse  
connessa con le parti aeree del mondo e  
col cielo.  
In effetti mediante comuni radici  
aderiscono tra loro,  
dall'inizio dell'esistenza congiunti e  
strettamente uniti.  
Non vedi anche come il nostro corpo è  
sostenuto,  
benché molto pesante, dalla sottilissima  
forza dell'anima,  
perché essa gli è tanto congiunta e  
strettamente unita?  
E infine, che cosa può sollevare il corpo  
con agile balzo,  
se non la forza dell'anima che governa le  
membra?  
Non vedi oramai quanto possa essere  
grande la forza  
d'una natura sottile, quando è unita a un  
corpo pesante,  
come l'aria è unita alla terra e la forza  
dell'animo a noi?  
Né la ruota del sole può essere molto  
maggiore,  
né il suo calore molto minore di quel che  
appare ai nostri sensi.  
Giacché, da qualsiasi distanza possano i  
fuochi lanciarsi  
la luce e soffiare sulle membra l'ardente  
calore,  
nulla la distanza toglie al corpo delle  
fiamme  
per il suo intervallo, per nulla il fuoco è  
ristretto alla vista.  
Quindi, poiché il calore del sole e la luce  
ch'esso spande  
arrivano ai nostri sensi e i luoghi ne  
rifluiscono, anche la forma  
e la grandezza del sole devono esser viste  
di qui

emergere ad ortus;  
propterea noctes hiberno tempore longae  
cessant, dum veniat radiatum insigne diei.  
aut etiam, quia sic alternis partibus anni  
tardius et citius consuerunt confluere  
ignes,  
qui faciunt solem certa de surgere parte,  
propterea fit uti videantur dicere verum.

**Luna** potest solis radiis percussa nitere  
inque dies magis [id] lumen convertere  
nobis  
ad speciem, quantum solis secedit ab orbi,  
donique eum contra pleno bene lumine  
fulsit  
atque oriens obitus eius super edita vidit;  
inde minutatim retro quasi condere lumen  
debet item, quanto propius iam solis ad  
ignem  
labitur ex alia signorum parte per orbem;  
ut faciunt, lunam qui fingunt esse pilai  
consimilem cursusque viam sub **sole**  
tenere.

est etiam quare proprio cum lumine possit  
volvier et varias splendoris reddere  
formas;  
corpus enim licet esse aliud, quod fertur et  
una

labitur omnimodis occursans officiensque,  
nec potis est cerni, quia cassum lumine  
fertur.

versarique potest, globus ut, si forte, pilai  
dimidia ex parti candenti lumine tinctus,  
versandoque globum variantis edere  
formas,

donique eam partem, quae cumque est  
ignibus aucta,

ad speciem vertit nobis oculosque  
patentis;

inde minutatim retro contorquet et aufert  
luciferam partem glomeraminis atque  
pilai;

ut Babylonica Chaldaeum doctrina refutans  
astrologorum artem contra convincere  
tendit,

proinde quasi id fieri nequeat quod pugnat  
uterque

aut minus hoc illo sit cur amplectier ausis.  
denique cur nequeat semper nova **luna**  
creari

ordine formarum certo certisque figuris  
inque dies privos aborisci quaeque creata  
atque alia illius reparari in parte locoque,  
difficilest ratione docere et vincere verbis,

quali sono davvero, sì che nulla puoi  
aggiungervi o toglierne.

E la luna, sia che viaggi illuminando i  
luoghi con luce estranea,  
sia che emetta sua luce dal proprio corpo,  
viaggia comunque con una forma per nulla  
maggiore  
di quella con cui ci appare quando la  
vedono i nostri occhi.

Infatti tutte le cose che scorgiamo a  
grande distanza,  
attraverso molta aria, si vedon confuse  
all'aspetto  
prima che ne sembri diminuita la  
grandezza. Pertanto la luna,  
giacché presenta chiaro aspetto e netta  
forma, dev'esser vista  
da noi, di quaggiù, nell'alto così come essa  
è delineata  
dagli estremi contorni e grande quanto lo  
è davvero.

Infine tutti i fuochi del cielo che vedi di  
quaggiù:

poiché tutti <i fuochi> che scorgiamo sulla  
terra,

finché il loro scintillio <è> chiaro, finché la  
loro fiamma è scorta,

solo un tantino si vedono talora mutare in  
più o in meno

la loro grandezza, a seconda della  
distanza,

si può concludere che di pochissimo  
possono essere minori

di come ci appaiono o d'un'esigua e breve  
parte maggiori.

Neppure di questo ci si deve stupire, come  
il sole,

pur così piccolo, possa emettere tanta luce  
da riempire

dei suoi raggi i mari e tutte le terre e il  
cielo,

e inondare del suo ardente calore tutte le  
cose.

Può darsi infatti che in tutto il mondo  
s'apra di qui l'unica fonte

che faccia scaturire con flusso abbondante  
e prorompere la luce,

perché da ogni parte del mondo in tal  
modo gli elementi ignei

si raccolgono e in tal modo il loro  
ammasso

confluisce che l'ardore sgorga qui da  
un'unica sorgente.

ordine cum [videas] tam certo multa  
creari.  
it Ver et Venus et Veneris praenuntius  
ante  
pennatus graditur, Zephyri vestigia  
propter  
Flora quibus mater praespargens ante vias  
cuncta coloribus egregiis et odoribus  
opplet.  
inde loci sequitur Calor aridus et comes  
una  
pulverulenta Ceres [et] etesia flabra  
aquilonum.  
inde Autumnus adit, graditur simul Euius  
Euan.  
inde aliae tempestates ventique secuntur,  
altitonans Voltumnus et Auster fulmine  
pollens.  
tandem Bruma nives adfert pigrumque  
rigorem  
reddit. Hiemps sequitur crepitans hanc  
dentibus alga.  
quo minus est mirum, si certo tempore  
luna  
gignitur et certo deletur tempore rusus,  
cum fieri possint tam certo tempore multa.  
Solis item quoque defectus lunaeque  
latebras  
pluribus e causis fieri tibi posse  
putandumst.  
nam cur luna queat terram secludere solis  
lumine et a terris altum caput obstruere  
ei,  
obiciens caecum radiis ardentibus orbem,  
tempore eodem aliud facere id non posse  
putetur  
corpus, quod cassum labatur lumine  
semper?  
solque suos etiam dimittere languidus  
ignis  
tempore cur certo nequeat recreareque  
lumen,  
cum loca praeteriit flammis infesta per  
auras,  
quae faciunt ignis interstingui atque  
perire?  
et cur terra queat lunam spoliare vicissim  
lumine et oppressum solem super ipsa  
tenere,  
menstrua dum rigidas coni perlabitur  
umbras,  
tempore eodem aliud nequeat succurrere  
lunae

Non vedi anche quanto ampiamente una  
piccola fonte  
d'acqua talora inondi i prati e trabocchi  
sulla pianura?  
Può anche essere che dal fuoco del sole,  
benché non grande,  
una vampa invada l'aria col suo fervere  
ardente,  
se per caso l'aria è così convenientemente  
acconcia  
da potersi accendere colpita da vampe  
leggere;  
come talora da una sola scintilla vediamo  
pioombare  
su messi e stoppie un incendio diffuso.  
O forse il sole, che con rosea fiaccola  
splende nell'alto,  
ha intorno a sé molto fuoco che ferve  
invisibile,  
che non è indicato da alcun fulgore,  
sì che, carico di calore, accresce solo la  
violenza dei raggi.  
Né si dà un'unica e immediata possibilità  
di spiegare  
in che modo il sole s'avvicini dalle regioni  
estive  
al tropico invernale del Capricorno, e  
come, ritornando  
di là, si volga alla meta solstiziale del  
Cancro,  
e come si veda la luna percorrere tutti i  
mesi lo spazio  
in cui il sole correndo consuma il tempo di  
un anno.  
Non c'è, dico, un'unica causa assegnata a  
queste cose.  
Prima di tutto, infatti, sembra che possa  
avvenire  
ciò che afferma l'opinione di Democrito,  
uomo venerabile:  
quanto più i vari astri sono vicini alla terra,  
tanto meno essi possono esser tratti col  
turbine del cielo;  
giacché la sua rapida e veemente forza  
diminuisce  
e si perde in basso; e il sole è a poco a  
poco lasciato  
indietro con le costellazioni posteriori per  
questo:  
perché è molto meno alto delle  
costellazioni ardenti.  
E ancor più di questo la luna: quanto più  
basso è il suo corso,

corpus vel supra solis perlabier orbem,  
quod radios inter rumpat lumenque  
profusum?

et tamen ipsa suo si fulget luna nitore,  
cur nequeat certa mundi languescere  
parte,  
dum loca luminibus propriis inimica per  
exit?

[menstrua dum rigidas coni perlabitur  
umbras].

Quod superest, quoniam magni per  
caerula mundi  
qua fieri quicquid posset ratione resolvi,  
solis uti varios cursus lunaeque meatus  
noscere possemus quae vis et causa  
cieret,  
quove modo [possent] offecto lumine obire  
et neque opinantis tenebris obducere  
terras,  
